Ecclesia enim solet spiritualia, & temporalia habere, *cap. si quis* 1. *q.*3. Verius tamen existimat sufficere si constituatur Vicarius generalis in spiritualibus, post Marchesan. Sbroz. Sanch. Nicol. Garc. *d. cap.*8. *n.*122. & 123. asserens in Bullis, & litteris Apostol. aliquando Vicarium in spiritualibus generalem appellari, & apertè id ipsum dicit Concil. Trid. *sess.*13. *de reformat. cap.* 2. ibi, *seu illius etiam Vicario in spiritualibus generali.* Ponitur etiam, *citra tamen revocationem aliorum Vicariorum*, quia sicut procuratore secundo constituto, primus revocatus censetur, nisi fuerit hæc clausula adjecta, *l. si quis, ff. de procurat.* sic etiam
58 † secundo Vicario constituto, primus censetur revocatus, Azor. *d.q.*2. *vers. citra*, Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.*478. *in prima edit.* & *resol.*502. *in secunda edit.* Sbroz. *lib.*3. *q.* 33.

59 In generali Vicarij concessione conceduntur tantùm quæ in generali mandato continentur, etiamsi clausula adesset, *dantes, & concedentes ei plenam & liberam potestatem*, argum. text. *in l. procurator cui, ff. de procurator.* cum similibus, non tamen potest ea, quæ verosimiliter non esset eum constituens concessurus, peragere, & expedire, ac ea, quæ speciale postulant mandatum, *cap. qui generaliter, de procurator. lib.*6. quod *gloss. ult. in cap.*3. *de offic. Vicar. lib.*6. ampliùs extendit ad eum casum, quo Episcopus Vicario suo diceret: *Constituo te Vicarium meum universalem cum facultate, & potestate, ut omnia loco mei efficere possis, quæ ego possum, etiamsi talia sint, quæ speciale requirant mandatum.* Quia etiam tunc non consequitur talis Vicarius vi solius clausulæ generalis præfatæ potestatem ad quicquam eorum efficiendum, quæ speciale requirunt mandatum, sequitur Molin. *de Justit. tract.*5. *disp.*10. *num.* 9. ubi ad alia descendit in hac materia utilissima, & quotidiana, ideò necessarium fuit omnia in dicta forma contenta specificare, & ut meliùs percipiantur non abs re erit breviter adscribere, quibus in casibus Vicarius speciali indigeat Episcopi commissione, & sunt qui sequuntur, ut omnibus innotescant.

60 *Primò* in generali Vicariatûs commissione, beneficia conferendi potestas non venit, nisi ei beneficiorum collatio specialiter sit commissa, *cap. ult. de offic. Vicarij, lib.*6. ubi Doctores, Petr. Greg. *in cap. conquerente, cap.*11. *n.*2. *de offic. ordinar.* Franc. Marc. *Delphin. decis.*86. *num.*13. *volum.* 4. Marchesan. *de commission. part.*1. *cap.*6. *num.* 68. Cott. *in memorabilib. verb. Vicarius, in princip.* Marant. *consil.*84. *n.*9. Sahag. *in rubr. de offic. deleg. num.*8. Anastas. Germon. *de indultis Cardin.* §. *tibi quoad vixeris, n.*86. & 87. Zerola *in praxi Episcop. part.*1. *verb. Vicarius*, §,9. *cum sequentibus*, Covarr. *lib.*3. *variar. cap.*20. *n.*7. Gonzal. *ad regul.*8. *Cancel.* §. 4. *proœm. num.* 24. Flamin. *de resignat. lib.* 7. *quæst.* 21. *num.* 9. & *quæstione* 24. *num.* 4. & 52. & *lib.*9. *quæst.*7. *num.*32. Sbroz. *lib.*1. *quæst.*7. *num.*11. & *lib.*2. *quæst.* 71. *num.* 6. Azor. *d. part.*3. *lib.*5. *cap.*44. *quæst.*1. post Selv. Rebuff. Lambertin. Duaren. Cuch. & alios, Nicol. Garc. *d. cap.*8. *num.*81. Ugolin. *d. cap.*4. §.7. *num.*2. Filliuc. *tract.*41. *de benefic. cap.*2. *num.*48. Quintanaduen. *Ecclesiasticôn lib.*1. *cap.*5. *in fin.* ubi subdit non posse alteri, qui Vicarius generalis non sit hoc jus conferendi beneficia mandare, Doctores *in cap. ult. de officio Vicar.* & *in cap. deliberatione,* §. *ult. de officio deleg. in* 6. Et tunc Vicarius hujusmodi, cui hoc jus ab Episcopo speciatim mandatum est, quibuscunque personis rectè conferet, præterquam ipsi Episcopo, cujus ille vice fungitur, *cap.*2. *de const. in* 6. Quintanaduen. *citato loco*, Aloys. Ricc. *part.*1. *decis.*140. Anguian. *d. legib. lib.*3. *controv.*29. *num.*8. Alzedo *d. p.*2. *cap.*2. *num.*16. latè Castro Palao *in opere moral. tom.*2. *tract.*23. *disput.*2.
61 *puncto* 30. Et sicut † non potest conferre beneficia sine speciali facultate, ita nec potest conferre Vicariam perpetuam, nec illam erigere. Gonzal. *gloss.* 5. §. 3. *num.*25. nec collationi consentire, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.*303. *n.* 1. Azor. *d. lib.*3. *cap.* 44. *q.* 3. me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. punct.*38. *num.*3. † Data Vicario specialiter facultate conferendi beneficia, non intelligitur concessa potestas conferendi ea beneficia, quæ Episcopus jure speciali, aut privilegio conferre potest, idem Azor. *d. cap.*44. *q.*2. ubi etiam cum Pavin. & Rebuffo tenet censeri datam facultatem conferendi beneficia, quæ jure devoluto ad Episcopum pertinent ob negligentiam, vel delictum inferiorum, quorum erat jus conferendi, nisi beneficia sint devoluta ad Episcopum, tanquam Sedis Apostolicæ delegatum, putà ob negligentiam Regularium, *Clem.*1. *de suppl. neglig. Prælat.* Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. beneficia*, §. 3. me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. punct.* 30. *num.* 14. 62

63 Quando Episcopus Vicario specialem potestatem concedit conferendi beneficia, ea potestas est latè interpretanda, itaut comprehendat quælibet beneficia, etiam ea, quæ sunt in Ecclesia Cathedrali, aut curam habent animarum, Rebuff. *d. tit. de Vicar. à n.*118. Azor. *d. cap.*44. *quæst.*8. & *quæst.*7. idem dicit de Dignitatibus, quod est intelligendum de beneficiis existentibus, non tamen de illis, quæ post commissionem erecta & instituta fuerunt, ut declarat idem Azor. *d. q.* 8. Et etiam eo ipso, quòd † Vicario data est specialis potestas conferendi beneficia, intelligitur data potestas commendandi, Rebuff. *in praxi, tit. forma Vicar. n.*119. *lib.*2. *q.*83. Azor. *d. cap.*44. *q.*10. & *q.*9. asserit posse Vicarium, etiam extra diœcesim hujusmodi beneficia conferre, gloss. *verb. per seipsos, in cap. statutum, de præb. lib.*6. Rebuff. *in tract. nomin. q.*14. *n.*95. Gratian. *Marchiæ decis.*98. *n.*5. de quo plures DD. refert Garc. *d. cap.*8. *n.*126. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. glos.*62. *n.*3. Castro Palao *d. punct.*30. *n.*16. 64 72

65 Licèt autem Episcopus Vicario suo prædictam contulerit facultatem, potest per seipsum conferre antequam Vicarius conferat, ex Azor. *d. cap.*44. *q.*12. ubi etiam quid dicendum si beneficium Episcopus & Vicarius una die contulissent, & *q.*113. resolvit Vicario specialem facultatem habenti conferendi beneficia, non eo ipso intelligi datum jus privandi clericum illo.

66 *Secundò* sine speciali mandato Vicarius resignationes beneficiorum admittere, & approbare non potest, ut per text. *in cap. quæsitum, de rerum permutat.* resolvunt Rebuff. *d. tit. de Vicar. num.* 104. Zerola *in praxi Episcopal. part.*1. *verb. Vicarius*, §.10. Ugolin. *d. cap.* 4. §. 7. *num.* 2. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.*471. Azor. *institutionum moralium part.*2. *lib.*7. *capite* 29. *quæst.*4. Mantic. *decis.*260. *num.*7. Nicol. Garc. *de beneficiis p.* 11. *cap.*4. *num.*74. Sbroz. *lib.*2. *quæst.* 130. Flamin. *lib.*4. *q.* 24. *num.* 3. † Nec etiam data speciali facultate admittendi resignationes absolutè, & simpliciter factas, intelligitur data facultas resignata beneficia conferendi: ita Rebuff. *in addit. ad reg.*13. *Cancell. verb. aut Vicarios perpetuos, vers. item Vicarius Episcopi, & d. tit. de forma Vicar. à n.* 105. Rota apud Post. *post tract. mandati de manut. dec.*199. *numero* 7. † Nec denique Vicarius habens facultatem approbandi resignationes factas causâ permutationis, poterit resignata beneficia permutantibus conferre, Rebuff. *d. tit. formæ Vicar. num.*104. & 106. Sbroz. *lib.*2. *q.*71. *n.*7. licèt contrà teneant Azor. *d. part.*2. *lib.*3. *cap.*44. *q.*6. Nicol. Garc. *d. p.*5. *cap.*8. *à num.*104. Castro Palao *d. punct.*30. *n.*13. eo quòd † in beneficiorum collatione requiritur speciale mandatum, tenent Cardos. *in praxi judicum, verb. procurator, numer.* 40. quem cito Ego ipse *in meis Remiss. de diction.* & *clausulis, claus.* 17. *num.* 29. 67 68 69 73 74

70 *Tertiò*, absque speciali concessione Episcopi præsentatum à patrono Vicarius instituere non potest, ut

ut tenaciter defendunt Rolan. *cons.*47. *num.*45. *vol.*1. Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma Vicar. à num.*126. *& in add. ad reg.*13. *Cancell. verb. aut Vicarios perpetuos, vers. item Vicarius generalis.* Verùm in contrarium est communis Doctorum opinio, quod scilicet Vicarius absque speciali concessione potest confirmare electos, & instituere præsentatos. Ita gloss. *verb non possunt, in cap. fin. de officio Vicar. lib.*6. Roch. *de Jurepatr. verb. competens, q.*31. *num.*66. & 67. Lambertin. *eod. tract. p.*3. *lib.*2. *art.*5. *q.*1. *prin.* Covar. *lib.*3. *var. cap.* 20. *num.*7. Selva *de benefic. part.* 2. *q.*14. Cald. Pereira *de renov. emphyt. q.*12. *n.*11. Vivian. *in praxi Jurispatron. part.*2. *lib.*2. *cap.*2. *n.*3. Sbroz. *lib.*2. *q.*111. Gonzal. *ad regul.*8. *Cancel. gloss.*9. §.1. *à n.*78. Suar. de Paz *in tract. tom.*2. *præl.*3. *n.*7. & 8. Filliuc. *tract.*41. *de benefic. cap.*2. *num.*49. Quatanad. *lib.*1. *Ecclesiast. cap.* 5. *numero* 7. Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verb. Vicarius,* §.14. Azor. *d. cap.*44. *q.*5. *& lib.*6. *c.*22. *q.*3. Rota apud Post. *post d. tract. decis.* 217. *num.*10. Nicol. Garc. *d. cap.*8. *n.*84. *cum seq.* ubi *n.*86. refert, *Sacram Illustriss. Card. Congr.* censuisse Vicarium mandatatum limitatum non habentem instituere posse, & *p.*8. *n.* 50. refert Rotam Rom. ita tenuisse, & ideo libenter huic opinioni subscribo.

71 *Quartò*, absque speciali mandato Vicarius beneficium supprimere non potest, Put. *decis.*53. *lib.*3. Sbroz. *lib.*2. *q.*117. *n.*5. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.*1. *collect.* 143. *post princ.* Monet. *de commut. ult. volunt. c.*12. *num.* 129. *cum seqq.* Sicut non potest erigere, nec jurispatronatus fundationi consensum præstare. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. part.* 1. *decis.* 140.

72 *Quintò*, nec beneficia unire, nec revocare uniones, & Ecclesias dividere, Sbroz. *lib.* 2. *quæst.* 115. & dicam infrà *alleg.*66. *num.*10. *p.*3. *alleg.*54. *num.*72. *in fine*, latissimè in utramque partem D. Lotter. *in tract. de re benefic. lib.*1. *q.*28. *a n.*18. etiamsi à constituente habeat facultatem conferendi beneficia, adjecta clausula illa generali, *& ad omnia alia etiam requirentia speciale mandatum;* quoniam non ideo fieri debet extensio ad majora expressis, *cap. qui ad agendum, de procurat. lib.*6. *Clem.*3. *eod. tit.* tenent plures DD. quos referunt, & sequuntur Nicol. Garc. *de benef. p.*12. *cap.*2. *n.*69. & Monet. *de commut. ult. volunt. cap.*11. *n.*359. contra Mohedan. *decis.*3. *de officio Vicar.* Hieron. Gabr. *cons.*200. *n.*3. *lib.* 1. Gambr. *de offic. Legati lib.*5. *rub.*1. *à num.*115.

73 *Sextò*, coadjutores Vicarios imperitis Rectoribus Ecclesiarum secundùm formam Sacri Concilij Tridentini *sess.*21. *de reform. cap.* 6. sine speciali concessione non licet ei deputare, Put. *decis.*239. *n.*2. quem sequitur Sbroz. *lib.*1. *q.* 112. *à num.* 2.

74 *Septimò*, nec juspatronatus ex causa dotarionis, fundationis, vel constructionis alicui reservare potest. Ita Hieron. de Monte *q.*22. *num.*8. & 25. praxis Episc. *d. verb. Vicarius,* §.13. Vivian. *in praxi Jurispatron p.*1. *lib.*1. *cap.*1. *n.*24. *in* 1. *edit.* aliàs *lib.*2. *cap.*1. *n.*10 Sbroz. *lib.* 2. *q.* 31. Stephan. Grat. *disceptat. forens cap.*303. *n.*12. Nicol. Garc. *p.*5. *cap.*9. *n.*43. & censuit Rota *in Nepesina jurispatron.* 13. *Martij* 1611. coram *Reverendissimo Domino Coccino,* impressa per Farin. *decis.*337. *n.*5. *p.* 2. *recent.* ubi ampliat etiam absente Episcopo, item *in Usalen beneficij*, 15. *Junij* 1609. coram Gregor. XV. impressa per Farin. *decis.*257. *n.*2. *p.*2. *recen. & in Lucana jurispatron.* 14. *Aprilis* 1616. coram *Illustrissimo Patriarcha Manzanedo,* impressa per Farin. *decis.*576. *p.*1. *recent.* & coram Buratto *decis.*702. *n.*3. ubi *n.*4. subdit Vicarium præsumi habuisse sufficientem facultatem præstandi assensum erectioni jurispatronatus, etiam minori spatio 30. annorum. Quamvis contrarium consuluerit Port. *cons.* 99. *n.* 33. in favorem Vicarij Episcopi Vicentini, adversùs quem latè scripsit Ferret. *cons.*347. *vol.*2.

Octavò, nec etiam donationi Jurispatronatus decretum, seu auctoritatem interponere potest. Ita Rebuff. *d. tit. de forma Vicar. n.*184. Ferret. *cons.*343. *num.*7. & *cons.*344. *n.*1. *volum.*2. Zerol. *in praxi Episcop. d. verbo Vicarius,* §.11. & 13. Sbroz. *lib.*2. *q.*197. Garc. *dict. c.*9. *n.*76. Ugolin. *d. c.*4. §.7. *n.*2. *vers. decimò non potest;* Azor. *d. lib.*3. *c.*45. *in princ.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.*469. Amplia *primò*, ut nec etiam in casu absentiæ Episcopi possit Vicarius præstare consensum in donatione Jurispatronatus, Ferret. *cons.*347. *n.*17. *vers. nec obstat*, Rot. *decis.*337. *n.*5. *p.*2. *recent.* Amplia *secundò*, ut nec etiam valeret consuetudo in contrarium, Ferret. *cons.*345. *n.*5. *& seq.* Rot. *decis.*576. *sub n.*3. *p.*1. *recent.* ubi etiam dicitur quod in omnem eventum talis consuetudo esset contra jus, & idcò deberet esse vel quadragenaria, vel immemorabilis. Amplia *tertiò*, ut non præsumatur mandatum in Vicario ex lapsu longi temporis, nisi sit enunciatum, ut fuit dictum *in Lucana Jurispatronatus*, 30. *Januarij* 1614. coram *Illustrissimo Patriarcha Manzanedo.* 75

Nonò, nec novas quærit erigere Parochias, Sbroz. *lib.*1. *q.*117. *n.*1. nec alia beneficia creare. Sbroz. *d. lib.*2. *q.*31. *n.*4. Ferret. *cons.*327. *n.*4. *& consil.*343. *num.*1. Bursat. *cons.*310. *n.*27. Garc. *de benef. part.*5. *cap.*9. *n.*75. Rot. *in Segobric. Capellania*, 28. *Aprilis* 1625. coram *Ubaldo.* 76

Decimò, nec imponere potest pensionem super beneficiis, ubi Episcopus, seu Archiepiscopus posset, putà ob justam causam, vel pro bono pacis, & concordiæ. Sbroz. *lib.*2. *q.*71. *n.*4. Monet. *de commutation. ult. volunt. cap.*5. *num.* 496. 77

Undecimò, nec œconomum Ecclesiæ constituere potest, nisi Episcopi speciale permissum accedat. Sbroz. *lib.*2. *q.*53. *n.* 2. Intellige de œconomo, qui vicem Episcopi gerit in colligendis Ecclesiæ redditibus, & distribuendis in clericos, & pauperes: alij verò, qui ad custodiendos fructus Ecclesiæ patronatæ vacantis nondum provisæ, ob patronorum discordiam constituuntur, præsentari possunt à Vicario ex generali commissione, de quo loquitur Suar. de Paz *in pract. tom.* 2. *prælud.* 3. *num.* 8. 78

Duodecimò, nec à suis beneficiis, officiis, vel administrationibus, aut ab Ordine aliquos amovere, seu deponere potest, *cap. licet, de officio Vicar. lib.* 6. Sbroz. *lib.*2. *quæst.* 111. *num.* 7. *& quæst.* 130. *num.*4. *& quæst.* 155. quod non potest revocare clericum ab exilio, nisi speciale haberet mandatum, Suar. de Paz *d. præl.* 3. *num.* 9. Ugol. *d. numero* 2. *vers. septimò inquirere.* 79

Decimotertiò, nec valet auctoritatem interponere creationi Dignitatis à Canonicis factæ, aut novum beneficia in Ecclesia creare, Felin. *in cap. cùm accessissent, num.*15. ubi Dec. *num.*9. *de Constitut.* Ferret. *cons.*327. *num.* 4. & alij citati per Sbroz. *lib.* 1. *q.*31. *num.*4. *& n.*5. quod nec etiam potest transferre juspatronatus in laicum titulo donationis sine consensu Episcopi. 80

Decimoquartò, nec Ecclesias vetustate collapsas, quæ ob earum, & Parochianorum inopiam nequeunt instaurari, vocatis his, quorum interest, in matrices, vel alias Ecclesias viciniores absque speciali concessu transferre potest, Sbroz. *lib.*2. *q.*117. *n.* 3. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p.*2. *cap.*16. *n.*16. Nec potest mutare statum alicujus Ecclesiæ, etiam in casibus in quibus eis posset, cujus est Vicarius, ut per Monet. *de commut. ult. volunt. cap.*11. *n.* 358. ubi *n.* 360. limitat, si ad id speciale mandatum habeat, vel à constituente habeat facultatem, quæ mandato speciali æquipollear. 81

Decimoquintò, nec præsentare potest ad beneficium jurispatronatus ad Episcopi præsentationem pertinens, Paul. de Citadin. *de Jurepatr. part.*6. *q.*41. *cum sequenti,* Roch. de Curte *eodem tr. verb. honorifi-* 82

cum, q.5. Lambert. *eodem tract. p.3. lib.2. art.5. prima part. princ. n.2.* quos refert Sbroz. *lib.2. q.110. n.2.* Nicol. Garc. *d. p.5. cap.8. n.82.* Quicquid aliud velit Castro Palao *d. punct. 30. num. 15.*

83 *Decimosextò*, nec potest Vicarius, si Episcopus fuerit, ex generali commissione ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis, exercere, ut Ecclesias, Capellas, Oratoria, vel cœmeteria reconciliare, Ordines conferre, Chrisma conficere, oleum infirmorum sacrare, Sacramentum Confirmationis ministrare, & alia similia. Ita Francisc. Marc. *decis. 548. n.1. vol.2.* Cuch. *d. tit.8. n.119. & 120.* Rebuff. *d. tit. de Vicar. n.33. & n.168. cum seq.* Sbroz. *lib.2. q.5. n.10. & q.6. & q.2. n.2. cum qq. seqq.* Azor. *d. p.2. lib.3. cap.45. q.9. & cap.46. vers. Confirmationes,* Ugolin. *d. cap.4. §.7. num.2. vers. octavò,* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.1. cap.12.*

84 *Decimoseptimò*, nec Vicarius institutus, qui Episcopalem dignitatem non habet, alteri Episcopo potestatem exercendi ea, quæ Ordinis Episcopalis sunt, præter speciale sui Episcopi mandatum, committere potest, Rebuff. *ubi suprà n.171.* praxis Episcop. *p.2. verb. Vicarius, §.6.* Sbroz. *lib.2. q.12. n.1. & seq.*

85 *Decimooctavò*, nec de hæresis crimine sine peculiari commissione cognoscere potest. Decian. *tractat. criminal. tom.1. lib.5. cap.21. numer.7.* Sbroz. *lib.2.*
86 *q.161. n.4. & 5.* † Nec licentia Episcopi potest subditos à crimine hæresis absolvere, sicut potest Episcopus, juxta Concil. Trident. *sess.24. de reform. cap.6.* ibi, *eis tantùm, non eorum Vicariis sit permissum,* Sbroz. *lib.2. q.20.*

87 *Decimonono*, nec ei publicas pœnitentias imponere, aut publicè pœnitentes reconciliare licet, Domin. de S. Geminian. *in cap.2. num.8. de officio Vicar.* Sbroz. *lib.2. quæst.17. num.2. cum seq. & q.18. num.3.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. cap. 43. in noviss.*

88 *Vigesimò*, nec voluntatem puellæ habitum regularem suscipere, aut professionis votum emittere volentis, explorare potest, ut experiatur an coacta, an seducta sit, & an sciat quid agat, & cætera juxta dispositionem sacri Concil. Trid. *sess. 25. de regularibus, cap.17.* Sbroz. *lib.2. q.208.*

89 *Vigesimoprimò*, nec ædificationi Monasterij per testatorem relicti assensum, & auctoritatem interponere potest; Calder. *cons. 3. de officio Vicar.* quem refert Sbroz. *lib.2. q.199. num.1.*

90 *Vigesimosecundò*, nec prætextu generalis commissionis Indulgentias concedere potest, Borgas. *de irregul. p.3. tit. de Indulgent. Episcop. & part.7. cap. fin. num.23.* Rebuff. *d. tit. de forma Vicar. n.172.* Sbroz. *lib.2. q.50. n.3.* Azor. *d. lib.3. cap.45. q.13.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.1. cap.10. num.12. in fine,* Benzon. *de Jubilæo lib.2. cap.30. vers. conveniunt, in fine,* Jul. Lavor. *de Indulgent. p.2. cap.11. n.51.*

91 *Vigesimotertiò*, nec potest ex generali concessione facultatem, seu licentiam Confessionis audiendæ aliis concedere, Host. *in sum. tit. de pœnitent. §. cui confitendum, ad finem.* Joan. Andr. *in cap.2. de pœnit. lib.6.* ubi Domin. *num.6.* Anchar. *num.1.* Philip. Franc. *num.7.* Sot. *in 4. dist.18. quæst.4. & q.14. n.3.* Alber. *in diction. verb. Vicarius, vers. Vicarius etiam Episcopi,* Sanch. *d. lib.3. disp.29. num.14.* qui *num. sequenti*, contrariam sententiam ut probabiliorem tuentur, illámque uberiori Doctorum numero confirmat, quem refert, & sequitur Monet. *de commut.*
92 *ult. volunt. cap.7. n.42.* † Ipse tamen Vicarius generalis ex vi mandati generalis potest fidelium Confessiones audire, ut post Anton. Cuch. Lancel. Gutier. & alios resolvit Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol. 284.* Monet. *loco proximè citato.*

93 *Vigesimoquartò*, in locis, quibus Episcopus loco Abbatis est, non potest Vicarius generalis commissionis prætextu impertiri licentiam Monacho causa studiorum proficiscendi, Abb. *cons.88. n.5. cum seq.* Pavin. *de officio, & potestate Capituli Sede Vacante, part.2. princ. q.8. n.25.* Sbroz. *lib.2. q.200. n.2. & 3.*

Vigesimoquintò, nec matrimoniales causas cognoscere, aut eas tractare valet, ut per Rebuff. *d. tit. de forma Vicar. n.155.* Ledesm. *de Matrim. q.45. art.1. puncto 3. dub.4.* Ugolin. *d. cap.4. §.7. n.2. vers. nonò,* contrarium tamen verius est, & tenent Covar. *de sponsalibus, part.2. cap.8. §.12. num.1.* Cuch. *d. tit.7. num.105.* Anton. Gomez *super Bullam Cruciatæ, c.4. q.4. n.28.* Sbroz. *lib.2. q.44. in fine,* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.73. ad fin.* Azor. *d. lib.3. c.45. q.2.* Sanch. *d. disp.29. à num.18.* post gloss. *verb. misso, in cap.1.* per text. *ibi, de frigidis, & in cap. fin. de cognat. spirit.* & quod Vicarius generalis possit matrimonio assistere, dixi *alleg. 333. num.56.* 94

Vigesimosextò, nec in matrimonij monitionibus dispensare potest, etiam justa causa interveniente, Cephal. *cons.421. n.72. volum.3.* Menoch. *de arbitr. casu 453. & n.5. cons.69. à n.55.* Soar. de Paz *in princ. tom.2. prælud.3. à n.11.* Spin. *in speculo testam. gloss.15. n.18. cum seq.* Nicol. Garcia *d. cap.8. à n.50.* Sed verius quod suprà tenui pluribus ad id citatis Doctoribus, *alleg. 53. n.29.* 95

Vigesimoseptimò, nec poterit, nisi ex speciali mandato, relaaxre interdicta, Sbroz. *lib.2. q.185. n.2. cum seq.* 96

Vigesimooctavò, nec potest dimissorias, seu commendatitias litteras ad Ordines suscipiendos clericis suæ diœcesis concedere, nisi Episcopo in remotis agente, dixi suprà *alleg.7. num.9.* Sed dubitari potest 97
† quando dicatur Episcopus in remotis agere, de quo 98
plures refert opiniones Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut.18.* Inprimis gloss. *verb. remotis, in cap.3. de temporib. ordinat. lib.6.* credit arbitrarium judici, quis locus dicatur remotus. Sequuntur Zabar. *in Clementin. causam, in verb. ex remotis, de elect.* Menoch. *de arbitrar. casu 222. n.26.* sed videtur verius illud quod resolvit Aloys. Ricc. *ubi proximè*, videlicet Episcopum dici in remotis agere, quando est ultra montes; sufficit enim quod hujusmodi remotio sit inconveniens ordinandis.

Vigesimononò, nec potest facere, seu subministrare 99
alium Vicarium, nisi Episcopi specialis licentia præcedat, *cap. clericos, de officio Vicarij,* gloss. *verb. ipsius, in cap.1. eodem tit. lib.6.* ubi Anchar. *n.2.* Domin. *n.11.* Alphons. Alvarez Guerrero *d. cap.27.* Ripa *respons.24. à num.1.* Franc. Marc. Delphin. *d. decis.317. n.4. volum.1.* Cuch. *d. tit.8. n.40.* Rot. *decis.4. de offic. Vicar. in novis,* Guid. Papæ *decis.374. num.6.* Philip. Port. *cons.87. n.16.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.1. collectan.143. in med.* Redoan. *de rebus Ecclesiæ non alien. rub. de auctoritate Prælat. num.66.* Put. *decis.168. lib.1.* Lop. *de Vicario Episcop. §.2. numer.4. vers.8.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut.119.* Maranta *de ordine judic. part.4. dist.5. num.22.* Avendan. *de exequendis mand. part.1. cap.3. num.5.* Azeved. *l.1. num.8. titul.9. lib.3. novæ recop.* Zerol. *in praxi Episcop. part.1. verb. Vicarius, dub.4.* Petr. Lazar. *de monit. quæst.6. num.10.* Jacob. Laurent. *in tract. de judice suspecto, capite 4. num.20.* Nicol. Garc. *d. cap.8. à n.148.* Ugolin. *d. cap.4. §.7. num.2. vers. undecimò,* Castro Palao *d. puncto 10. num.18.* Seraphin, *decis. 1033. numero 2.* ubi quod facultas substituendi vicario concessa intelligitur, dummodo sit ad modicum tempus, & ex justa causa, & de consensu Episcopi, Molin. *de justit. tract.5. disputat.10. num.8.* Marches. *de commission. punct.1. cap.6. num.119. pag. 160.* † Amplia procedere, sive 100
fuerit institutus ab Episcopo cum facultate, & clausula substituendi, sive non: Put. *decis.168. num.1.* Sbroz. *lib.2. quæst.66. num.11. & 17.* & tenuit Rota *in una Oriolen. beneficiorum,* coram D. Seraphino, 21. *Maij* 1593. inter ejus impressas *decis. 1026.* teste Aloys. Ricc. *dict. resolut.113. vers. amplia.* Potest

tamen

tamen substituere ad modicum tempus, & ex causa, etiamsi non habeat potestatem substituendi, Marant. Menoch. Azev. Cuch. & Aloys. Ricc. *d. locis.* † Potest
101 etiam unam, vel plures causas delegare, gloss. *verb. ipsius, in cap.* 1. *de offic. Vicar. lib.* 6. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 7. *num.* 21.

Trigesimò, nec potest absque speciali consensu Diœce-
102 esim visitare, argum. text. *in cap. Episcopum* 10. *q* 1. *cap. inter cætera, de offic. Ordin. cap. si Episcopus* 6. *eod. tit. lib.* 7. Rebuff. *d tit. de forma Vicar. num.* 100. & 101. Azor. *d. lib.* 3. *cap* 45. *q.* 4. Sbroz. *lib* 2. *q.* 120. *num* 2. Ugolin *d.* §. 7. *vers. tertiò, nec visitare.*

Trigesimoprimò, contra speciale mandatum diœce-
103 sanam Synodum congregare non potest, Henric. Bottæus *in tract. de Synodo Episc p.* 2. *n.* 2. Rebuff. *d. tit. de forma Vicar. n.* 151. Cuch. *d. tit.* 8 *n.* 107. Azor. *d. lib.* 3. *cap.* 45. *q.* 5. Sbroz. *lib* 2. *q* 46. *num.* 1.

Trigesimosecundò, nec pias defunctorum volunta-
104 tes, nisi specialis facultas ab Episcopo fuerit concessa, exequi potest, Sbroz. *lib.* 2. *q.* 49 *num* 2. & *q.* 50. quod † executores, fideicommissarios, etiam laïcos compel-
105 lere potest ex officio ad exequendum pias defunctorum voluntates, & *q.* 51. quod potest prorogare tempus executoribus piarum voluntatum. An autem & quando possint sine speciali facultate commutare ultimas voluntates, vide latè tractantem Monet. *de commutat. ultim. voluntat, cap.* 5. *num.* 484. *cum multis sequentibus.*

Trigesimotertiò, nec in alienationibus, seu transac-
106 tionibus rerum Ecclesiasticarum decretum interponere potest, Aug. Bero. *conclus.* 83. *n.* 19. *volum* 1. Capel. Tholos. *quæst* 97. Rebuff. *d. tit. de forma Vicar. num.* 184. Cuch. *d. tit* 8. *num* 105. Redoan. *de rebus Eccles. tit. de auctor. Prælat. non alien. interpon. numer.* 60. Zerola *in praxi Episcop. part.* 1 *verb. Vicarius*, §. 12. Azor. *d. lib.* 3. *cap.* 45. *q* 3. Nec res Ecclesiæ alienare in illis casibus, in quibus potest Episcopus, Sbroz. *lib* 2. *quæst.* 118.

Trigesimoquartò, nec potest sine particulari con-
107 cessione absolvere ab irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, dixi suprà *allegat.* 29. *num.* 10.

Trigesimoquintò, nec de causa restitutionis in inte-
108 grum disceptare potest, ita per text. *in l. illud* 25. §. 1. *ff. de minorib.* tenent Sbroz. *lib.* 2. *q.* 35. *n.* 4. Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 40. *num.* 12. *in fine.*

109 *Trigesimosextò*, juramentum purgationis Canonicæ non deferunt Vicario sine mandato, Sbroz. *lib.* 2. *q.* 167. *num.* 2.

110 *Trigesimoseptimò*, consentire nequit, ut Metropolitanus cognoscat in principali negotio, omisso appellationis articulo, post Ferret. *cons.* 307. *num.* 1. tenet Sbroz. *lib.* 2. *q.* 204.

111 *Trigesimooctavò*, nec specialiter commissa Episcopo, seu delegata Vicarius cognoscere potest, Abb. *in cap. quoniam, n.* 15. *de offic. deleg.* Soc. *cons.* 39. *n.* 30. *vol.* 4. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. Vicarius*, §. 21. *dub.* 4. Sbroz. *lib.* 2. *q.* 36. *num.* 3. & *q.* 135. *n.* 1. & *q.* 177. *n.* 5. Ugolin. *d.* §. 7. *vers. duodecimò*, Campan. *in diversorio Juris Canonici, rubr.* 11. *cap.* 23. *num.* 148. ubi resolvit Vicarium Episcopi non posse suo Antisti delegata exequi, nisi fuissent in rescripto addita verba illa, sive ejus generali Vicario, quamvis in litteris vicariatûs adesset clausula generalis, siquidem nec tunc intelligerentur commissa, quæ ipsi constituenti competerent ex delegatione.

122 *Trigesimononò*, nec feudales causas, nisi speciale adsit mandatum, cognoscere potest, Cardin. *in Clem.* 1. *n.* 19. *de officio Vicarij*, Sbroz. *lib.* 2. *q.* 125. *n.* 3.

113 *Quadragesimò* nec auctorare exemplum ex originali sumptum, ut eandem vim, & auctoritatem cum originali habeat, *cap. fin.* ibi, *coram Ordinario judice, vel delegato ab eo specialiter præsententur, de fide instr.* per quem text. ita ibi tenuerunt Goffred. & Host. Tiber. Decian. *resp.* 24. *num* 44. *vol.* 1.

Quadragesimoprimò, nec repressalias sine speciali 114
mandato concedere potest, Sbroz. *lib.* 2. *q* 165. *num.* 1. De materia repressaliarum, vide Bart. *in speciali tract. de repressaliis*, Greg. *l.* 15. *verb. en otros, tit.* 10. *p.* 7. Victor. *in relect. de jure belli, num.* 41. Sylvan. *cons.* 34. *ad finem*, Bonacos. *commun. crimin part.* 2. *verb. repressaliæ, pag* 77. Sebast. Nævir. *ad auth. ut non fiant pignorationes, collat.* 5. *num.* 4. Covar. *in reg. peccatum, p.* 2. § 9 *n.* 5. *vers hinc denique*, Henriq *in summ. lib.* 13. *cap* 43. §. 5. *in comm litt. G*, Perez *l.* 6. *tit.* 16. *lib.* 8. *Ordin.* Azeved. *l.* 6. *n.* 1. *tit.* 12. *lib.* 8. *novæ recopilat.* Moneta *de jurisdict. part.* 4 *casu* 44. *n.* 13. Valdes. *ad Xuar p.* 2. *pag.* 93.

Quadragesimosecundò, nec potest decernere sine 115
speciali facultate excommunicationes ad finem revelationis pro rebus deperditis, seu ablatis, quæ monitoriales litteræ vulgò nuncupantur, de quo latè dixi *alleg.* 96. *num.* 6. *cum seq.*

Quadragesimotertiò, nec absolvere à casibus reser- 116
vatis ab ipso Episcopo potest; nam in generali concessione hæc non veniunt, *cap. pen. de pœnit. lib.* 6. post Rebuff. ita tenent Ugolin. *d. cap.* 4. §. 7. *n.* 2. *versic. postremò*, Sbroz. *lib.* 2. *q.* 19. Galer. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Vicarius penult.* ubi etiam addunt, quod quando datur hæc potestas, concedi solet, ut & alteri delegari possit.

Quadragesimoquartò, nec criminales causas, nisi 117
specialiter commissæ fuerint, expedire poterit, ita ut nec inquirere, corrigere, aut punire subditorum excessus queat, *cap.* 2. *de officio Vicar lib* 6. Cuch. *dict. titulo* 8. *de Vicar. num.* 17. Rebuff *in addit ad reg.* 13. *Cancell verb aut Vicarius, vers. notandum est.* Clar. § *fin. quæst.* 40. *num.* 3. Zerola *in praxi Episcopor. part.* 1. *verb. Vicarius, vers tertium dubium*, Navarr. *in cap. serpens, de pœnit. distinct.* 1. *numer.* 4. Ferret. *cons.* 214. *volum.* 1. Ugolin. *d.* §. 7. *num.* 2. *vers septimò inquirere*, Sanch. *lib.* 3 *disp* 29. *n.* 16. *in princip.* Hieronym. Buccaron. *in tractat. de differ. inter judic. civil. & crimin. different* 127. *num.* 20. Sbroz. *lib.* 2. *quæst.* 142. ubi *q.* 156. quod nec potest revocare clericum ab exilio.

Quadragesimoquintò, nec condemnatum inquisi- 118
tum absolvere potest, Rip. *in l. qui condemnare, numero* 9. *vers. sed certè, ff. de re judic.* quia qui condemnare non potest, nec etiam absolvere, *l. nemo qui condemnare, de reg. juris*, cum citatis *in libello de princip. utriusque juris, litt. A, num.* 1. Sed hoc tantùm intelligendum duco, si Vicarius velit inquisitos à crimine absolvere, secus verò quando ab inquisitione, si eos immunes, & innocentes invenerit, absolvere vult. Ita Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 43. *n.* 28. Suarez de Paz *in pract. tom.* 2. *prælud.* 3. *num.* 11. Sbroz. *lib.* 2. *quæst.* 156.

Quadragesimosextò, nec clericorum bona confisca- 119
re, Baldus *in l. Imperatores, in fine, ff. de officio Præfecti Vigilum*, Alexand. *in l.* 1. *num.* 75. *de officio ejus*, Franc. Marc. *decis.* 613. *numer.* 1. *part.* 1. Sbroz. *lib.* 2. *quæst.* 158. *num.* 3.

Quadragesimoseptimò, nec pœnas corporales in pe- 120
cuniarias convertere potest, Rebuff. *d. tit. de forma Vicar. num* 153. *cum seq.* Cuch. *d tit.* 8. *num.* 109. Azor. *d. lib* 3. *cap.* 45. *num.* 6.

Quadragesimooctavò, nec potest dispensare ex ge- 121
nerali Vicariatûs mandato, Rebuff. *d. tit. de forma Vicar num.* 44. *cum sequentibus*, Suar. de Pace *dict. prælud.* 3. *num.* 11. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 15. Sbroz. *lib.* 2. *quæst.* 35. post Felin. Cuch. Fr. Ermann. Vegam, & Petr. Ledesm. Nicol. Garcia *d. cap.* 8. *n.* 47. Ugolin. *d. cap.* 4. §. 7. *num.* 2. *versic. sextò*, Azor. *d. lib* 3. *cap.* 45. *quæs.* 6. novè Monet. *de commutat. ult. volunt. cap.* 5. *num.* 478.

122 *Quadragesimononò*, nec potest imponere, & exigere charitativum subsidium, nisi hoc sit sibi specialiter ab Episcopo demandatum, Barthol. Bellencin. *in tract. de charit. subsidio, quæst.* 11. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 14. *q.* 5. *vers. Vicarius*, Sbroz. *lib.* 2. *q.* 48.
123 ubi etiam tenet † Vicarium Episcopi sine mandato speciali non posse exigere quartam decimarum, mortuariorum, & synodaticum.

124 In Vicariatûs commissione prædictos omnes casus nominatim exprimere necessum non est, sufficit enim aliquos exprimi cum clausula generali, & ad omnia alia, etiamsi exigant speciale mandatum, opt. text. *in cap. qui ad agendum*, §. *sed si aliquis*, *de procurator. lib.* 6. Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 6. *n.* 2. *vers. quartò, & lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 8. Sbroz. *lib.* 1. *q.* 65. *n.* 5. *& q.* 67. *num.* 3. Sanch. *d. disp.* 29. *n.* 8. Monet. *d. cap. num.* 479. ubi declarat ut commissio extendatur ad similia vel minora, non autem ad majora, juxta text. *in Clem. non potest, de procurat.*

De duobus quæri potest *Primò*, an Episcopus, teneatur constituere Vicarium. *Secundò*, an possit duos Vicarios generales creare.

125 Ad *primum* videbatur dicendum, Episcopum teneri sibi Vicarium constituere propter ingentes occupationes, in quibus Episcopale regimen, & animarum cura versatur; per seipsos enim, etsi diligentissimos ob amplas & diffusas diœceses non valent omnia ministrare. Ita resolvunt Bald. *in l. aliquando, num.* 1. *in quarta opposit. ff. de offic. Proconf.* Abb. *in cap. quoniam, n.* 3. *de offic. Ordinar.* Boër. *decis.* 347. *num.* 6. Gabr. *cons.* 32. *n.* 22. *lib.* 2. Cosm. *in pragmat. titul. de collation. verb. Vicariis, folio* 253. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 29. *quæst.* 1. *vers. quo loco*, Lancellot. *institut. canon. lib.* 1. *tit. de officio Vicar. in gloss. verb. non potest*, Rebuff. *in tractat. nominat. quæst.* 4. *n.* 61. post Cuch. Hojed. Covar. & alios quos refert, hanc sententiam sequitur Sbroz. *de Vicar. Episcop. lib.* 1. *quæst.* 46. Auguian. *de legib. lib.* 2. *controvers.* 29. *num.* 16. Alzed. *d. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 39. *cum seqq.* ubi distinguit. Verùm contrarium amplexa est sacra Rota Rom. apud Put. *decis.* 43. *lib.* 2. Mohedan. *decis.* 5. *de offic. Vicarij*, & fuit dictum *in una Calaguritana fructuum*, 18. *Martij* 1583. coram Bubalo, quæ est inter *decis. divers.* 222. *num* 5. *part.* 2. quas refert Aloys. Ricc. *in collectan. decis. part.* 5. *collectan.* 1602. & novissimè *in una Viterbien. & Tuscan. Vicarij, Veneris* 3. *Martij* 1617. coram *R. P. D. Cavalar.* inter ejus impressas *decis.* 418. & *in Calciat. jurisdict.* 10. *Maij* 1624. coram *Remboldo.* Et in puncto quod Communitas loci non possit petere manutentionem contra Episcopum, ut retineat in illo loco Vicarium generalem, est *decis. Caputat.* 306. *num.* 3. *part.* 1. Cardin. Tusch. *practic. conclus. verb. mandatum de manutenendo, concl.* 69. *num.* 6. Cavaler. *decis.* 418. *n.* 9. *cum seqq.* Alzed. *d. cap.* 2. *num* 6. Ludov. Post. *in tract. mandati de manutenendo, observat.* 53. *num.* 9. ubi reddit rationem, quia Episcopus non tenetur habere Vicarium, sed est in ejus facultate, an velit illum retinere. Ex iis enim, quæ fiunt, seu fieri solent, vel permittuntur jure facultatis, vel ex gratia & voluntate adversarij, nullum quæritur jus, nec oritur possessio, vel quasi, quæ sit attendenda. Pontan. *de spol. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 166. Pacific. *de Salviano interdicto inspect.* 1. *cap.* 6. *n.* 30. Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 1293. *in fine*, Card. Mantic. *decis.* 276. *n.* 2. Rota *decis.* 297. *sub num.* 4. *part.* 2. *divers. & decis.* 397. *numer.* 3. *& decis.* 640. *num.* 3. *part.* 2. *recentior.* Et quod potest Episcopus in quacunque parte diœcesis vicarios retinere, probat text. *in cap. cum Episcopus, de officio Ordin. lib.* 6. Sbroz. *de officio Vicar. lib.* 1. *q.* 70. *n.* 1. *cum seqq.* Rota apud Poltium *post suum tract. decis.* 159. *num*, 3.

126 Ad *secundum* deveniendo dico Episcopum posse binos principales Vicarios creare, ut causarum expeditioni faciliùs consuleretur, ex *cap. quoniam in plerisque* 14. *de offic. Ordinar. & Clement. & si Principalis*, juncta gloss. & *ibi* Cardin. *à n.* 3. *de rescript.* Felin. *in cap. causam matrim. num.* 8. *de offic. delegat.* praxis Episcop. *p.* 1. *verb. Vicarius, in princip.* Ugolin. *de officio, & potest. Episcop. cap.* 4. §. 6. *n.* 4. Sbroz. *lib.* 1. *quæst.* 50. *num.* 4. dummodo tamen eos constituat in loco ubi sedem habet; † generalis enim Vicarius dicitur ille qui constitutus est cum generali potestatem in hoc loco ubi Episcopus sedem habet, ut docent Bartol. *in l.* 1. *in fine, ff. qui & à quo appelletur*, Maranta *de ordine judic. part.* 4. *disp.* 5. *princip. n.* 8. Anton. Cuch. *lib.* 2. *instit. major. tit.* 18. *n.* 131. Guillelm. de Monte Laud. *in repet. d. Clement. & si principalis, num.* 2. *de rescript.* Sbroz. *lib.* 1. *q.* 28. *n.* 7. *& quæst.* 69. *num.* 2. Sanch. *d. quæst.* 29. *n.* 11. Campanil. *in diversorio Juris canon. rubr.* 11. *cap.* 23. *num.* 150. *vers. insuper.* Unde rectè tenent Flores de Mena *var. lib.* 1. *quæst.* 4. *num.* 8. & Nicol. Garc. *d. cap.* 8. *num.* 36.
† Complutensem Vicarium generalem non esse, quia nec creatus est, nec residet ubi Episcopus sedem habet, licèt novissimè Valenz. *d. cons.* 192. *num.* 5. dicat Vicarios duos generales Toletanos residentiam ordinarium habere in Regia Urbe Toleti, & oppido Compluti: & *num.* 19. post Mohedan, *decis.* 5. *n.* 2. *de appellat.* resolvit quod Vicarius Archiepiscopi Compostellani deputatus in Civitate Salmantina ad cognoscendum de appellationibus quinque, aut sex Episcopatuum Suffraganeorum, non est Vicarius generalis, sed foraneus, & *num.* 32. dicit deceptum eum, qui citavit. Flores de Mena *d. quæst.* 4. *n.* 8. & Molin. *lib.* 1. *de Justit. disp.* 10. ad probandum de Jure quod Vicarij Archiepiscopatus Toletani qui sunt extra Toletum, & Complutum sunt Vicarij generales, quia Molina nec verbum de hoc loquitur, & Flores de Mena contrarium asserit, solúmque addit quod propter præeminentiam dictorum officiorum, eo quod præsident in locis principalibus, & habent districtum suæ jurisdictioni suppositum, multoties solent eis commissiones dirigi.

Ex quibus infertur, Episcopum duarum diœcesum, etiam æquè principaliter unitarum, non posse duos Vicarios generales constituere in principalibus locis prædictarum diœcesum sic unitarum quia tunc necessariò unum ex illis constituerit in loco, ubi sedem non habet, contra jura & Doctores suprà citatos; sufficit enim † Vicarius constitutus in una, cùm censeatur etiam in altera constitutus, secundùm Cardin. *in Clem.* 2. *q.* 2. *de rescript.* quem citat Sbroz. *lib.* 1. *q.* 27. *num.* 10. Quamvis enim cujuslibet jura integra remaneant, ut consuluit Mandos. *cons.* 27. quem refert Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gloss.* 5. §. 7. *numer.* 118. respectu tamen Episcopi reputantur una diœcesis, & potest in una residendo explere factum alterius, ut in terminis dicit Rebuff. *in praxi, tit. de unionib. benefic. n.* 16. per doctrinam Innocent. *in cap. novit, in fine, de offic. Legati*, & Jacob. Rebuff. *in l. unic. C. de Metropol. Beryto, lib.* 11. & facit text. *in cap. & temporis*, juncta gloss. *in verb. utramque*, 16. *q.* 1. videtur etiam posse in uno tantùm Episcopatu Vicarium constituere, ad quem accedere debeant subditi utriusque diœcesis, at probat Rebuff. *d. tit. de unionib. num.* 52. *vers. quartò conveniri poterunt.* Sic in simili si constituatur Legatus duarum Provinciarum, quoad ipsum censetur una Provincia, licèt aliàs sint distinctæ quoad limites & prærogativas, tenet Innocent. *in dict. cap. novit.* quem sequuntur *ibidem*, Hostiens. *num.* 13. Joan. Andr. *num.* 5. *vers. & nota*, Gambar. *de officio Legati extra provinc. num.* 2. *&* 3. quod idem sentit Bart. in duabus provinciis unitis sub uno Præside, *in d. l. unic. C. de Metropol. Beryto, numer.* 11. & Jas. *in l. ult. num.* 9. *ff. de jurisd. omnium jud.* & ita censuit Rota *in dicta Viterbien.*

Viterbien.& Tuſcanen Vicaria,Veneris 3.*Martii* 1617. coram *R.P. D. Cavalerio*, quam citat noviſſimè poſt hæc ſcripta viſus Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.*4.*cap.*655.ubi per totum nuncupatim diſputat,an pro Epiſcopatibus Viterbien. & Tuſcanen.æquè principaliter unitis unus tantùm,ubi Epiſcopus ſedem habet,ſit conſtituendus Vicarius generalis.Si quandoque contingat quod Epiſcopus in aliquo loco ſuæ Diœceſis retinuerit Vicarium etiam generalem , non poteſt communitas illius loci contra Epiſcopum intentare ſe manuteneri in illa poſſeſſione, Vetall.*deciſ.*306. *n.*3. *cum ſeqq p.*1. Steph.Grat.*March.dec.*113.*n.*6.Marta *tom.*6. *Digeſt. noviſſim.tit.de Epiſc.c.*7.

132 Vicarius Epiſcopi,quia eſt conſtitutus in dignitate, poteſt eſſe Papæ delegatus, ut firmavit gloſſ.*verb.delegatus , in Clement.*2. *de reſcript.*ubi Zabarel. *n.*22. & Imol.*n.*18 tenet Rebuff.*in pract.benef.titul. forma Vicar.num.*27.*& tit.de Vicario Epiſcopi,n.*4.*& in tr. de pacif.poſſeſſ.n.*79.Anton.de Prætis *in tract.de juriſdict. Epiſcopi,c.*6.*n.*51. Sbroz.*lib.*2.*q.*22.*à n.*1. Menoch.*conſ.*51.*n.*33 Stephan. Gratian.*diſceptat.forenſ. cap.*106.*n.*28. Cened.*canon.quæſt.*18.*n.*..me citato *in*
133 *hoc loco*,Alzedo *d.p.*2.*c.*2.*n.*8.† Dignitas enim Eccleſiaſtica nihil aliud eſt,niſi rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratio cum juriſdictione,Ioan. Andr. Innocent. Archid.Abb. Vant. & Port. quos refert , & ſequitur
134 Sbroz.*lib.*2.*q.*27.*n.*11.& cum † Epiſcopi Vicarius habeat juriſdictionem rerum Eccleſiaſticarum,*c.non putamus*,cum gloſſ.*in verb.videatur*,ubi Archid.Franch. & alii *de conſuet.lib.*6.*c.Romana,in princip.de appell. eodem lib.*& adminiſtrationem,*cap.petitio*,& *ibi* Doct. *de procurat.c. in nova*,ibi, *qui adminiſtrationibus aſſociantur*,16. *quæſt.*7.*c.cauſa*, juncta gloſſ.*verb habentibus,de reſtitutione in integr.*ideò illum in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutum eſſe dicimus;nam ratione juriſ-
135 dictionis,quam habet cum adminiſtratione , † dicitur Prælatus,Fuſch.*de viſit.lib.*1.*cap.*15.*n.*32.Pavin.*in tr. de officio,& poteſt.Capitul.Sede vacante,p.*2.*q.*10.*n.*16. *verſ.an autem Vicarius*, Anton. de Prætis *d.c.*6.*n.*50. ubi inquit Vicarium dici ſpectabilem , & de mediis magiſtratibus.

136 Vnde poſſe eſſe executorem gratiarum beneficialium, quæ expediuntur in Curia Romana , reſolvunt Flores de Mena *var.lib.*1.*quæſt.*4.*num.*6. Sbroz.*lib.*2. *quæſt.*23 *n.*6.Conſervatorem,tenet Cochier *de juriſd. Ordin.in exemptos,part.*1.*q.*39.*n.*4. Intellige quando commiſſio fit & dirigitur ipſi Vicario , non ita ſi di-
130 rigatur ſoli ipſi Epiſcopo, quia tunc Vicarius in ea ſe intromittere non poteſt , ex eo, quia ibi Vicarius nominatus non eſt, nec de nominato judice delegato ad non nominatum fieri poteſt juriſdictionis delegatæ tranſitus,Sbroz.*de Vicario Epiſcopi lib.*2.*q.*135.Cur. Philip.*p.*1.§ 4.*num.*12. Lazzar.*de monitor.ſect.*1.*q* 6. *num.*7.*& ſect* 2.*quæſt.*1.*n.*18. Campan.*in diverſ. Iuris Canon.rub.*11.*c.*23.*à num.*148.Narbona *de appell. à Vicario ad Epiſcopum*; *part.*1.*num* 243. Niſi hujuſmodi commiſſionis ſubdelegatio fiat per Epiſcopum ipſi Vicario,Sbroz.*d.lib.*2 *quæſt* 44.*n.*6. *& q.*39.*n.*4. *&* 5.Gratian.*diſcept.forenſ.c.*145.*à n.*16.Nicol.Garc. *de benef.p.*6.*c.*2.*n.*23.Sicut è converſo ubi commiſſio fuerit directa Vicario,ſeu officiali Epiſcopi,præſentari nequit Epiſcopo ipſi,ut eam exequatur,Sbroz *d.lib.*2. *q.*136.ubi *in addit.*declarat,niſi Vicarius eam cauſam Epiſcopo ſubdeleget,& *lib.*3 *quæſt* 51.Zerola *in praxi Epiſc.p.*1. *verb. Vicarius,dub.*5. *& p.*2. *eod.verb.*§.1. Ugolin.*de officio Epiſcopi c.*4.§.7 *n.*2.*verſ.*12.Sanch. *de matrim.lib.*8.*diſp.*27.*n.*30.Piaſec.*in praxi Epiſcop. part.*2.*c.*4.*n.*7.Nicol.Garc.*d.p.*6.*c.*2 *à num.*19. Salas *de legib.diſp.*20. *ſect.*17.*n.*124. Gratian. *diſcept.forenſ. c.*92. *à num.*6.

137 Amplia in Vicario Capituli Sede vacante, qui poteſt eſſe delegatus Papæ , ac gratiarum beneficialium, quæ expediuntur in Curia,executor, Gloſſ.*verb.Epiſcopi,in d.Clem.etſi principalis.*Pavin.*d.q.*10.*n.*6.*&* 8. Sbroz.*d.q.*23.*n.*3. Menoch.*conſ.*320.*n* 42. Sanch.*de Matrim. lib.*8. *diſp.*27.*n.*32. Flores de Mena *d. q.*4. *num.*11.

Amplia etiam in Vicario Epiſcopi electi,& confir- 138
mati, licèt nondum conſecrati, gloſſ.*verb.Epiſcopi,in dicta Clement. etſi principalis* , Pavin. *d.q.*10.*num.*6. Sbroz. *d.q.*23.*n.*4.Sanch.*d.diſp.*27.*n.*35.

Limita in Vicario foraneo , qui non poteſt eſſe de- 139
legatus Papæ , nec executor gratiarum beneficialium, quæ expediuntur in Curia Romana. Ita Flores *d.q.*4. *à n.*6. niſi illi fieret delegatio ex certa ſcientia Summi Pontificis,Sbroz.*d.q.*23.*n.*9.vel reſpectu alicujus Dignitatis, *ibid. n.*10. ratione enim officii nullam habet dignitatem Rebuff.*dict.tit de Vicario Epiſc.n.*4 Vant. *de nullit. tit. ex defectu juriſdict. deleg.n.*66. Sbroz.
*dict.lib.*2.*q.*22.*n.*13.cùm † potiùs dicatur obtinere of- 140
ficium,quàm dignitatem, Aloyſ.Ricc.*in praxi fori Eccleſiaſtici,dec.*577.*n.*1.*in prima edit.& reſol.*552.*n.*1. *in ſecunda edit.* ubi ex profeſſo agit, an Vicarii foranei præcedant Præpositis Eccleſiarum Collegiatarum ? & negativè reſpondet.

Limita etiam in Vicariis nominatis à Prælatis in- 141
ferioribus habentibus Epiſcopalem & Ordinariam juriſdictionem, qui non ſunt capaces delegationis , nec harum executionum,gloſſ.*verb.Epiſcopi*,ibi,*vel inferiores ab Epiſcopo,in d.Clement.etſi principalis*.Sbroz. *d.q.*21. *n.*8. licèt contrarium teneant Flores de Mena
d.q 4.*à num.*14.Sanch.*dict.diſp.*27.*num.*34. † Com- 142
miſſa Epiſcopo , vel ejus Vicario , non poſſunt expediri per Vicarium Capituli Sede vacante, cùm non ſit Vicarius Epiſcopi , ſed juriſdictionis Epiſcopalis , Aloyſ. Ricc.*in deciſ. Curia Archiepiſcop. Neapol.deciſ.*38.*n.*1. *part.*1. Gallet.*in margarita caſuum conſcient.verb.Vicarius* 2.Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ.p.*1.*c.*10 *n.*8.*verſ. ſecundò fallit.* Ragut.*de voce Canon. quæſt.*38.

Cùm generalis Epiſcopi Vicarius ipſius Epiſcopi 143
repræſentet perſonam,& auctoritatem, ejuſque locum teneat , illi deberi eandem prærogativam , & exinde honorem,qui Epiſcopo debetur,dicendum eſt,& multis comprobant Menoch.*conſ.*51.*n.*16. Afflict. *ſuper conſtit.Regni rubr.de injur.cur.perſ.irrog.n.*3. Sbroz. *lib.*2 *q.*24.*à n.*1.latiſſimè Valenzuela *tom.*2.*conſ.*101.
*num.*31.*cum multis ſeqq.* Igitur † Vicarium Epiſcopi 144
eſſe Archidiacono ſuæ Cathedralis præferendum, tenent Rebuff. *dict.tit. de Vicar. Epiſcop.num.*7.Abb. *conſ.*21. *volum.*1. Boër. *in tract. de auctoritate magni conſilii, n.*77.*in fine*, omnium quos viderim latiſſimè Valenzuela *tom.*3. *conſ.*101. *n.*30. *cum pluribus ſeqq.* Chaſſan.*in catalogo gloriæ mundi p.*4.*conſider.*46.Anton.de Prætis *de juriſdict. Epiſcopi c.*9.*n.*41.quos refert Sbroz.*lib.*2.*quæſt.*25.*à n.*1.ubi *n.*7.ampliat etiamſi Archidiaconus haberet privilegium obtinendi primam Sedem poſt Epiſcopum, & *n.*4.ampliat,ut non ſolùm debeat præcedere Archidiaconum, verùm etiam Abbates,Archipresbyteros, Canonicos,& alios Prælatos Epiſcopo inferiores,& *n.*11. cum Anton.de Prætis *d. c.*6.*n.*55.quod præcedit Canonicis,etiam Epiſcopis,in ſedendo & ambulando,in choro,& in proceſſionibus, etiam præſente Epiſcopo,Menoch *conſ.*257.*num.*94. Sbroz. *ubi proximè, n.*12. Niſi eſſet Canonicus , quia tunc ſedebit in loco ſuo,Sbroz.*n.*17.Et quod Gubernatorem,vulgò Capitaneum,in functionibus Eccleſiaſticis Vicarius Epiſcopi præcedat,tenet Aloyſ.Ricc.*in praxi fori Eccleſiaſtici,deciſ.*580.*in prima editione,& reſolut.*555.*in ſecunda edition.* Vide Alzedo *dict.p.*2. *c.*2.*num.*9.

Sicut Vicarius mediante Epiſcopi nominatione 145
ordinariam juriſdictionem à lege conſequitur , ut ſuprà oſtendimus , ita etiam contraria ejuſdem Epiſcopi voluntate illa tollitur , & revocatur ; res enim per quaſcunque cauſas naſcitur , per eaſdem diſſolvitur,

cap.

*cap.omnis res, de regul.juris in 6.*cum citatis *in libello de principiis utriusque juris, littera R, n.19.*& ideo Vicarii jurisdictionem ab Episcopo revocari posse tenent Calderin.*cons.2.de offic.Vicarii,*Barbat.*in c.postulastis, notab.1.in fine, de rescript.& in c. quoniam, n.37.de Officio deleg.*Abb.*in c.1.n.5.ne Sede vacante,* Philipp.Franch.*in c.1.n.5.de officio Vicarii, lib.6.*Purpur.*in l.more 5.n.101.& 102. de jurisdict. omnium jud.*Bertachin.*de Episcop.p.7.lib 4.tit.de Vicariis Episcopi, n.14.*Ripa *in c.1.n.44.de judic.*Rebuff.*d. tit. de forma Vicar.*Archid. *n.190.& 192.* Scot. *lib. 8. resp.respons.4. n.6.*Cuch. *institut. major. lib.2.tit. 8. n.135.cum seq.*Sbroz *lib.3.q.6 n.7.& q.14.n.5.vers. secundò adducitur*, Iacob. Laurent. *de judice suspecto c.4.n.7*Sanch.*de Matrimon. lib.3. disp.30. n.11.* D. Barb.*in l. quia tale 14.n.87.ff. soluto matrim.* Azor. *dict.lib.3.c.45.qu.14.*Ugolin *dict.c.4.§.6.n.4.*novissimè Valenzuela *tom.2. cons.101.n.9.* ubi *n.10.* post Sbroz.*lib.3 quæst.32.n.5.* Anton. Gabr. *commun.l.2. tit.de jurejurand.concl.1.num.14.*& alios resolvit hoc procedere etiamsi Episcopus Vicarium non revocare jurasset.

146 Deinde si Episcopus fuerit majori excommunicatione notatus,& publicè denunciatus, ejus Officialis, seu Vicarius generalis jurisdictionem suam exercere non poterit, quia sicut per hujusmodi excommunicationem suspenditur Episcopi jurisdictio, *'cap.ad probandum, 24.de re judic.cap.audivimus, 24.q.1.* & cõmuniter notatur *in c.sciscitatus, de rescript.*Suarez *de censur.disp.13.sect.2.n.15.* ita similiter ejus Vicarii jurisdictio suspenditur, cùm accessoria sit', & idem auditorium utriusque reputetur, probat text. *in cap. cit.vers. ipsius officialis, in fine*, & Franch. *in ultim. col.de officio Vicarii, lib.6.* Specul. *in tit. de jud. deleg.§.restat, num.7.* Roman.*sing.632.* Maranta *dicta dist.5.princip.n.70.*Sylvest. *verb.Vicarius, q.4. vers. quartum,*Selv.*de benefic.p.2 q.14.n.6.& p.6.tit.de Vicario Episcopi, n. 3.* Anton. Cuch. *d. tit. 8. de Vicar. n.134.*Rebuff. *d. titul.de Vicario Episcopi, n.217.cum sequenti,& in concord.tit.de excommunic. non ult. gl. 1.vers.collatio etiam facta,*Feder.Scot.*dict.resp.4.n.5.* Surd *cons.50.n.32.*Gutier. *canon.lib.1.c.1.n.83. cum seq.*Zerola *in praxi Episc.part.1. verb. Vicarius, §.8.* Sbroz *lib.3.q. 17. à n.1.* Suarez *de censuris disp.14. sect.1.n.1.*Azor.*d.lib.3.c.45.q.14.* Laurent. *d. c.4.n. 10.*Avila *de censuris. p.2.c. 6, disp.6. dub.4.* Ugolin. *d.c.4.§.2.n.3.& §. 6.n.5.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloss.5.§.9.n.125.& 127.*Molina *tr.5.disp.10.n.2.*plures Sanch. *d.lib 3.disput.30. n.5. cum seq.* Anguian. *de legib. lib.3.controvers.20. n.13.*Alzedo *dict.part. 2.c.2.num.25.*

147 Hinc non valere collationem, si dum Episcopus excommunicatus est, Vicarius conferat, imò effici irregularem, docuit Aretin.*in cap.cùm non ab homine, de judic.*Francisc.Marc. *decis.1231.n 4.& 6. & decis.1232.in princip. p.1.* Paris. *cons.98. n.5. vol. 4.* Sbroz.*dict.quæst.17.num.2.*Nisi Episcopus esset toleratus, vel occultè excommunicatus; nam tunc favore publici juris cùm communi opinione pro non excõmunicato habeatur, collatio à Vicario, sive ab Episcopo facta valebit, ut colligitur ex Abb. *in.c. veritatis, n.42.de sentent.excomm.*Felin.*in c.ad probandum, n.6.de re judic.*Franc.Marc.*decis.967.n.7.& 13.*Vgolin. *d.n.5.*Avila *d.p.2.c.6.disp.6. dub.3. vers. ex dictis primò sequitur.*Si verò Capitulum Sede vacante suspensionis censurâ sit irretitum, an ejus Vicarius jurisdictionem exercere possit, dicam infrà *n.180.* Et

148 quid † si tantùm fuerit Vicarius Episcopi excommunicatus nunquid etiam sit excommunicatus ejus Subvicarius? Et non esse probatur *in c.1.* ubi omnes, *de officio Vicarii l.6.*Pavin.*dict.q.10.n.2.*Sbroz.*l.3.q.18. & 19.*quod excommunicato Vicario non erit excommunicatus illius successor, & *quæst.23.*quod Episcopus potest alterum eligere Vicarium, quando electus est excommunicatus.

Hinc etiam Vicarius ex suspensione Episcopi potest ut suspectus recusari, quamvis contra Vicarium nulla adsit suspicio, *c. insinuante*, ubi Abb.*num.2.de officio deleg.* gloss. *verb.Episcopi, in c.si contra unum, de officio, deleg.lib.6.*Rip.*in cap.1.n.44.de judic.*Gemin. *in c.non putamus, n.8.de consuet.lib.6.*Bertrand. *cons.184.n.2.& 3.*Marant. *de ordine judic. part.6. n.28.*Ant.Burg. *in repet.c.cæterùm, n.128.de rescript.* Bertachin. *d.lib.4.part.5.n.69.& part.6. tit. de Vicario Episcopi, n.12.*Aufrer.*de recusat.n.10.in fine, vers. decima si Vicarius,*Redoan.*de rebus Ecclesiæ nõ alien. c.3.n.29.*Rebuff. *in praxi, tit. de forma Vicariatûs, num.190.* Rot. *decis.2.n. 21. cum seqq. p.2. divers.* Perez *l.1.tit.8. lib.3. Ordin. pag.569.* Sbroz. *de officio Vicarii lib.3.q.14.*ubi ampliat in Vicario Episcopi electi, & confirmati, nondum consecrati, & in Vicario Capituli Sede vacante.Gutier. *canon.lib.1.c.1. n.86.*Iacob.de Laurent. *de Iudice suspecto c.4.n.7. & 8.* Marches. *de commission.p.1.rub. de commiss. appellat. extra Romanam Curiam, c.6.sub n.76. in 2. impress.* Bobadil. *in sua politica, lib.1. c.12. n.39.* Cardin. Tusch.*verb.suspectus, concl. 908.n.3.*Quarant.*in sum. Bullarii, verb. Archiepiscopi auctoritas, n.19.vers. ulteriùs quæro,*Sigism.Scacc.*de appellat.q.8.n.68.* novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccles. c.25. n.15.*Alzed. *d.p.2. c.2. n. 25. in princip.* Marches. *de commiss.1.p.c.5.n.123 pag.261.*

Amplia, sive ipse Vicarius solus causam cognoscat tanquam Vicarius, sive etiam tanquam delegatus insimul cum Episcopo, ut per Sbroz *d.tr.lib.3.q. 14. n. 7.*Iacob.Laurent. *d.c.4. n.11. post med. vers. & ideò. ubi Episcopus,*Scac. *d.q.8.n.89.*

Limita tamen *primò* è converso, nam Vicario Episcopi subjecto existente, non potest ex eadem ratione recusari ipse Episcopus; gloss. *verb.Episcopi, in d.c. si contra unam,*ubi Franch.*col.2.in fine,*Bertach.*d.tit.de Vicario Episcopi, n.11.* Marcel. Vulpe *d. c.25. n.16.* Sbroz.*dict.lib.3.quæst.15.*Scacc. *dict.q.8.n. 57. vers. septimò quia,*ubi *n.85.* ait quòd si Vicarius Episcopi recusatur ut suspectus, poterit Episcopus loco Vicarii dare alium judicem, quia suspicio contra Vicarium non militat contra Episcopum; quicquid dicant Dec. *in c.1.n.17.de offic.deleg.*& Rebuff.*d.tit.de Vicar.Archiep.n.219.*

Limita *secundò* in Vicario causam cognoscente nõ tanquam Vicarius, sed tanquam delegatus à Papa, vel etiam ab Episcopo; tunc enim non potest recusari ex eo quod Episcopus suspectus sit, Felin.*in d.cap. insinuante, n.1.*Sbroz.*d.l.3.q.13.à n.8.*Scacc.*d.4. quæst.8. num.70.* quicquid dicat Iacob. de Laurent. *dict.c.4. num.11.*

Limita *tertiò* in Vicario Episcopi electo, seu confirmato per Papam, vel alium superiorem, quo casu non potest ut suspectus recusari, ex eo quod Episcopus sit suspectus, Felin.& Rip.*dictis locis,*Sbroz.*d.l.3. q.14.num.11.*

Limita *quartò* in Vicario seorsim ab Episcopo habitante, qui tunc recusari non potest, ex eo quod parti Episcopus sit suspectus, ut per Rot. *d. decis.2.n. 23.*Scacc. *d.q.8 n.71.*

Nota tamen quod quando suspicio, propter quam Vicarius Episcopi est recusatus, tangeret etiam Episcopum, prout est quando Vicarius recusatur ex eo quod Episcopus habetur pro suspecto, tunc suspicionis causæ non cognoscuntur coram Episcopo, sed Episcopus earum cognitionem, alicui alteri confidenti committit, ut referunt Sbroz *dict.lib.3.q.16. n.8.* Iacob. Laurent.*d.c.4.n.6.ad med.*

Vbi verò Episcopi Vicarius fuerit aliundè recusatus, ut suspectus, suspicionis causa probanda est corã ipso Episcopo, ad text, *in d. c.si contra unum,*ubi Anchar.

in 4.

in 4.& 5.not.& cæteri ſcribentes,Sbroz *d.lib.*3.*q.*16. *n.*1.Iacob Laurent. *d.c.*4.*ſub n.*6.*ad med.*Marcel.Vulpe *d.c.*25.*n.*18. ubi rationem reddit , quia recuſatio Vicarii concernit ejus perſonam,nec quoad illam fuit idem tribunal cum Epiſcopo,& non prohibetur cognoſcere cauſas recuſationis ſui Vicarii , ſicut prohibetur cognoſcere cauſas appellationis, & *n* 19. poſt Quarant *in verb.Capitulum Sede vacante,n.*5. reſolvit quod quando allegatur ex aliqua cauſa ſuſpectus Vicarius Capitulo dignitatis Epiſcopalis Sede vacante,tunc recurrendum eſt ad ipſum Capitulum , quod poteſt eligere arbitros ad cognoſcendum cauſas ſuſpicionis, quæ proponendæ ſunt eo modo, quo Epiſcopus potuiſſet:quòd ſi cauſæ ſuſpicionis militaverint eo caſu poteſt Capitulum talem cauſam à Vicario auferre,& alteri committere. Epiſcopo abſente quiſnam cognoſcat de cauſa ſuſpicionis,recuſati ejus Vicarii ? Vide Sbroz.*dict.lib.q.*16.*n.*4.*& ſequenti* , Iacob. Laurent. *d.cap.*4.*n.*17. *&* 18. Marcel. Uulpe *d. c.*25.*n.*38. *in fine.*

Quando Epiſcopus eſt ex aliqua cauſa allegandus ſuſpectus,cauſæ recuſationis proponi debent coram eodem Epiſcopo recuſato , & eliguntur arbitri, unus ſcilicet ab ipſo recuſatore,& alius ab Epiſcopo recuſato,& arbitri electi cognoſcere debent,an cauſæ ſuſpicionis militent,*c.cùm ſpeciali,de appell.*Et ſi arbitri inter ſe fuerint diſcordes,debent ipſi tertium adhibere intra competentem terminum præfigendum ab Epiſcopo recuſato,*c legit.de appell.lib* 6.quæ cauſæ ſi non probantur,aut illegitimæ fuerint judicatæ , tunc cauſa vel ad Epiſcopum remittitur,aut illam Epiſcopus alteri cómittit,de conſenſu tamen recuſatoris, ut *in d.c.ſpeciali in fine,*& *ibi* gloſſ.*verb.recuſatoris.* Si verò per arbitros fuerit pronunciatum , cauſas ſuſpicionis vel aliquam earũ legitimas eſſe,cauſa devolvitur ad ſuperiorem. Ita Marcel. Ulpe *d.c.*25.*n.*13. ubi *n.*14. ſubdit quod recuſans poteſt eligere arbitrum alibi quàm in loco Iudicis recuſati , dummodo non in loco valde remoto id eſt,ultra diætam legalem,noviſſimè Sperell.*in deciſion fori Eccleſ.deciſ.*93.*à n.*13. ubi reſolvit, quòd ſi Vicarius allegatur ſuſpectus ex cauſa communi cum Epiſcopo,vel Epiſcopus eſt abſens,vel etiam ipſe Præſul , aut alius Ordinarius allegatur ſuſpectus,etiam ille coget partes ad eligendum arbitros,qui de cauſis ſuſpicionis cognoſcere,& judicare debent,& *n.*8.tenet quod in cauſa ipſius Epiſcopi ſub ſubdito litem pro bonis temporalibus moventis non eſt agendum de recuſatione,cum etiã intra illam Iudex eſſe nequeat,nec in ſuo Tribunali cauſa ſit agitanda,ſed de neceſſitate Iuris eligẽdi ſunt arbitri, qui in Iudicis locum ſuffecti negotiũ principale dirimant: & *c.*27. probat de generali Curiarum Eccleſiaſticarum conſuetudine cauſas ad menſam Epiſcopalem ſpectantes coram ipſis Ordinariis agitari ſolere.

151 Hinc denique fit , Vicarii jurſdictionem per Epiſcopi mortem(cùm utriuſque unum tribunal ſit) expirare,*Clem.fin.*juncta gloſſ.*verb conteſtata,*ubi communiter ſcribentes,*de procurat.* Abb.*in c.*1.*n.*5.*ne Sede vacante,& in c.extirpanda § quia verò , n.*14. *de prebend.*Butr.*in c.tua,n.*9.*de officio Vicarii.* Paril.*cõſ.* 89.*n.*6.*volum.*4.Pavin *d.q.*10.*n.*12.Feder.Scot.*d.reſponſ.*4.*n.*6. Molin. *de primog. lib.*1.*c.*25.*n.*13. Azor. *lib.*3.*c.*45 *q.*14.Ugolin. *d.c.*4. § 6 *n.*4 Sbroz. *lib.*3. *q.*44.Steph.Gratian.*diſcept.forenſ.c.*106.*n.*27.Sanch. *de Matrim.lib.*3.*diſp.*30 *n.*1. *cum ſequentib.* Gutier. *eodem tract. c.*69.*n.*16. Anguian. *de contr.* 20 *n.* 12. Alzed.me citato *in hoc loco,p.*2.*c.*2.*num.*26.D. Barb. *in l.quia tale, n.* 93. *ff. ſoluto matrim.* ubi aſſerit per mortem Epiſcopi cenſeri extinctam jurſdictionem ordinariam in perſona Vicarii , etiam quoad negotia jam cœpta : quod etiam poſt multos, quos refert, tenet Sbroz.*d.lib.*3.*q.*46. & Henriq. *in ſum. l.*7.*c.* 21. §.5.*in comm. littera S.* dicit non expirare de per ſe mortuo Epiſcopo , ſed per Capitulum Sede vacante 152
deponi,& inde infert †valere geſta à Vicario ignorãte mortem Epiſcopi longè diſtantis,quod etiam tenet Steph.Gratian.*diſcept.forenſ.c.*18.*n.*50 Galet.*d.verb. Vicarius* 7.Sanch.*de Matrim.lib.*3. *diſp.*22. *n.*59. *& diſp.*30.*n.*4.Gutierr.*d.c.*66.*n.*18. noviſſimè Sperell. 153
*deciſ.*30 *n.*3*cum ſeq.*& † ante ſcientiam dictæ mortis poſſe beneficia conferre, ſi conferendi poteſtatem habebat, tenent Put.*dec.*370.*l.*2.Lancellot.*de attent. p.*2.*c.*10.*n.*29.*&* 30.Flamin. *de reſignat.lib.*7 *q.* 24 *à n.*33.quos refert,& ſequitur Gonzal.*ad reg.*8.*Cancell.* §.5.*proœm.n.*103.*& gl.*15. §.2. *n.*91. Quo fit , ut ſi Epiſcopus ad manus hoſtium pervenerit , & captivitate detineatur , ejus Vicarius nec excommunicare, nec alia hujuſmodi , quæ jurſdictionis ſunt exercere poſſit ,quia captivitas civilis mors dicitur, *l.pater* 10. 154
in fin.principii,l in omnibus 28.*de captivis.* Et ſicut † Epiſcopi naturali morte Vicarii jurſdictio ceſſat , ita in civili, quæ eundem in propoſito ſortitur effectum, Sayr.*de cenſur.l.*1.*c.*5. *n.*39. & tunc Capitulum adminiſtrat, *c.*2. *de ſuppl. neglig. Prælat. in* 6. Galet.*in margarit.caſuum conſcientiæ, verb. Vicarius antepen.* Unde etiam per ingreſſum Religionis , renunciationem,depoſitionem,ceſſionem,translationem , relegationem ,permutationem , vel aliam ſimilem Epiſcopi abdicationem Vicarii jurſdictionem extingui,ex pluribus reſolvit Sbroz.*lib.*3 *q.*42.

Illud hic animadverſione dignum exiſtimo , quod tradit Iacob.Laurent.*de judice ſuſpecto,c.*4.*n.*9.*&* 11. *poſt med.*videlicet Vicarium ab Epiſcopo electum, licèt confirmatum à Papa,vel ab alio quàm ab Ordinario conſtitutum poſſe ab Epiſcopo removeri,etiam inconſulto Papa, licèt non ſic eſſet in electo Vicario immediatè ab ipſo Pontifice, quem nos Uicarium Apoſtolicum nuncupamus. 155

Quamvis Canonicus Eccleſiæ Cathedralis , vel alius Prælatus , qui tempore commiſſionis conſtitutus erat in dignitate,& inter judices ſynodales deſignatus, poſſit poſt eandem dignitatem renunciatam eſſe judex, & de cauſa ſibi commiſſa cognoſcere , ut firmat Sbroz *lib.*3.*quæſt.*47.*num.* 4. & deciſum fuiſſe in Sacra Congregatione referunt Flamin. *de reſig.l.*1. *q.*11.*num.*14.*in fine,*Cevall. *commun. contra commun. quæſt.*668.*n.*10.*in fine,* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici , deciſ.*616.*in prima edit. & reſolut.* 414. *num* 2.*in ſecunda edit.* Galet. *in margarita caſuum Conſcientiæ,verb. delegatus* 3.*& verb:renunciare , ultim.*† Vicarius tamen finito officio non poteſt procedere in illa cauſa quæ illi commiſſa fuerit , non ſub 156
nomine proprio,ſed ſub nomine dignitatis,gloſ.*verb. principalis,in Clem. de reſcr.* ubi Card. *n.*7. & Imola *n.*11.*&* 13.poſt Abb.Felin.Barbat.& alios. Ita tenent Sbroz *l.*3.*q.*47.& *q.*46.reſolvit, quod Vicarius Epiſcopi,cùm fuit commiſſa cauſa , ſub expreſſo nomine proprio,poteſt adhuc in ea procedere , quamvis deſinat eſſe Vicarius , ſi cœpiſſet de cauſa cognoſcere:latè Sperell. *deciſ.*31.*n.*12. *cum ſequentib.*ubi reſolvit quod licèt regulariter commiſſio facta ſub nomine dignitatis tranſeat in ſucceſſorem , eo quod dignitas nunquam moriatur , id tamen non procedit quando dignitas ipſa extinguitur , prout in dignitate , vel præeminentia , quam habet Vicarius , quæ per ejus mortem , vel remotionem , aut ceſſationem ab officio extinguitur , iſque non dicitur habere ſucceſſorem, ſed alius , qui ei ſubrogatur , de novo creari dicitur ; & ideo Vicarius ſucceſſor non poteſt cognoſcere , nec decidere cauſas commiſſas Vicario anteceſſori, ſive illa cognoſcere cœperit , ſive re integra ejus officium expiraverit , licèt ipſe Sperell.*num. ſequenti* , aſſerat contrarium ſibi ſemper placuiſſe, quando eſt contemplatum officium, & non fuit expreſſum nomen proprium.

Cùm Epiſcopi jurſdictio Sede vacante ad Capi- 157
tulum

tulum devolvatur, *c. uni*, *ibi* gloss. *de majorit. & obed. lib.6*, Abb. *in cap. cum olim*, *notab. ultim.n.2. eodem tit. in antiq.* Roman. *cons.506. num.13.in fine.* Feder.de Senis *cons.30.num.3.* Cardos. *in praxi judicum,verb. Capitulum,numero* 2. Molina *de justit. tractat.5. disputat.11. numero* 1.3. & 10. Aloys.Ricc.*in praxi fori Ecclesiastici,decision.357.numero* 4. *in prima editione*, & *resolut.* 305. *in secunda editione*, Sbroz. *lib.1. quæstion.16.* Quaranta *in summa Bullarii*, *verb. Capitulum Sede vacante*, Episcopi instar Vicarium generalem constituere potest. Abb. *in cap. irrefragabili*, *numero* 2. *de offic. Ordin.* Felin. *in dict. cap. cum olim, numero* 9.*de majorit. & obedient.* Pavin. *dict. quæstion.10. numero* 1. & 2. Sbroz. *dict. quæstione* 16.*numero* 8. & disponit Sacr.Concil.Trident.*sess.24. de reformat. cap.16.* ibi: *Item Officialem, seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omnino teneantur, qui saltem in Iure Canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel aliàs, quantum fieri poterit, idoneus*, &c.

158 Ex quo Concilii decreto collige,teneri Capitulum Sede vacante infra octo dies post mortem Episcopi eligere, seu continuare Vicarium, vel constitutum confirmare, aliàs illius deputatio devolvitur ad Metropolitanum, & si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, tunc antiquior Episcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior in exempta Vicarium idoneum constituere potest. Ita Sà *in Aphorism. verb. Vicarius*, *numero* 3. Zerola *in praxi Episcop. parte* 1.*verb. Capitulum*, §.3. Franc.Leo *in thesauro fori Ecclesiastici*, *part.1. cap.* 19. *numero* 7. Molin.*dict.tom.5.disputat.11.num.1.* Quaranta *dict. verb. Capitulum Sede vacante*, *vers. duodecimò quæro*, *numero* 2. Gallet. *in margarita casuum conscientiæ*, *verb. Vicarius Sede vacante*, *numero* 5. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis.473.in prima editione*, & *resolution.493. in secunda editione*, Vicarius hic à Capitulo Sede Episcopali vacante deputatus eandem habet jurisdictionem, quam Vicarius Episcopi habebat, exceptis aliquibus,prout in cognitione causarum Vicario Episcopi delegatarum, vel in exequutione litterarum Apostolicarum, quas Vicario generali Episcopi delegatas Vicarius generalis à Capitulo Sede vacante deputatus exequi non potest, Feder.de Senis *cons.30. ante num.1.vers. suo jure agitur.* Franc. Leo *dict. cap.10.num.8. vers. secundò,& vers. quartò.* Forma autem, qua Vicarius generalis à Capitulo Sede vacante creari debet, cui pro voluntate Capituli addi,vel minui potest, est illa quam habet Quaranta *dict. loco*, & sequitur.

159 *Nos Canonici, & Capitulum Cathedralis N. Sede vacante per obitum bonæ memoriæ N. Episcopi, &c. Reverendo N. salutem in Domino sempiternam. Cùm ex Sacrorum Canonum dispositione Ecclesiarũ Cathedralium Capitula in deficientium Episcoporum (præsertim si ex humanis eximi contigerit) locum subrogentur, eisque in spiritualibus & temporalibus succedant, eorum munus erit viduatis Ecclesiis ita consulere,ut ministrorum solertia, & diligentia viduitatis incommoda minimè sentiantur. Ne igitur supradicta Ecclesia nostri culpa aliquid detrimenti in spiritualibus & temporalibus patiatur, nos dictis sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis obtemperare volentes, vocatis omnibus, & singulis Canonicis infra tempus à dicto Concilio statutum, ad Vicarium, qui vices nostras sustinere debeat, deputandum, congregatisque iis,qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt interesse, habitisque interessentium votis, de consensu, & voto ejusdem Capituli, te Reverend. N. de cujus probitate, scientia, sufficientia confisi, generalem in spiritualibus, & temporalibus Vicarium nostrum in prædicta Ecclesia Cathedrali, civitate, & diœcesi, tenore præsentium deputamus, creamus, & constituimus per menses sex, vel Episcopali Sede vacante, cum omnibus, & singulis facultatibus, privilegiis, honoribus, oneribus, præeminentis, & prærogativis ad hujusmodi munus exercendum necessariis, & opportunis; dantes tibi plenam, & liberam potestatem omnia & singula exercendi, quæ Capitulo Sede vacante, in utroque foro à jure permittuntur, & proinde causas omnes, tam civiles, quàm criminales, & mixtas,etiam hæresis, & matrimoniales audiendi, providendi, & decidendi, cum facultate excommunicandi, & censuras proferendi,cum voto tamen ordinariorum consultorum nostræ Curiæ in sententiando, & procedendo ad actus, quorum gravamen per appellationem à diffinitiva reparari non potest; necnon ea omnia faciendi, quæ nos facere, & mandare possumus, etiamsi speciale mandatum requirant. Reservantes nobis collationem Beneficiorum, eorumque institutionem ad Capitulum spectantem, deputationem examinatorum, officialium, actuariorum, & ministrorum Curiæ, regimen Seminarii, facultatem cognoscendi de causis suspicionum, & denegata justitia, & constitutis (servatis de jure servandis) alteri delegandi. Volumus autem, ut licentiam ordinandi, etiam ad primam tonsuram (in casibus à sacro Concilio Tridentino Capitulo permissis) & providere de Prædicatoribus in Adventu, & Quadragesima, ac dispensare in foro exteriori, etiam quoad temporum interstitia, & casus reservatos de novo facere non possit, absque expresso nostro consensu capitulariter habito. Nec approbare confessores, ordinandos, & ad beneficia obtinenda,nisi prævio examine ab Examinatoribus deputatis, quorum approbationes per Secret. annotentur in libro. In casu verò infirmitatis, vel absentiæ substituere non possit, vel causas delegare, sed in his casibus provisio ad nos spectare debeat.Præcipimus itaque universo Clero hujus civitatis, & diœcesis, aliisque hujus Ecclesiæ jurisdictioni subjectis,quatenus te in Vicarium, Officialémque nostrum generalem recipiant, tibique in omnibus præmissis pareant, & obediant. Dantes tibi vices, & voces nostras,&c. contradictores, & inobedientes pœnis & censuris Ecclesiasticis compescendi, & ita te in Vicarium deputamus,cum solutione salarii per eum,cui incumbit, facienda.In quorum fidem præsentes scribi jussimus per notarium nostræ Curiæ,& manu propria subscripsimus. Dat.in nostro Capitulo Cathedralis Ecclesiæ N.die,&c. Anno, &c.*

Circa quam commissionem aliqua sunt observanda pro illius intellectu,& in primis advertendum circa verba illa, *Sede vacante*, Sedem Episcopalem dici vacare, donec litteræ Apostolicæ Prælati, cujus Sedes vacabat,fuerint expeditæ,& præsentatæ Capitulo probat text.*in Extravag.injuncta*, *de election.* notant Rebuff. *in praxi*, *tit. de Simonia in resign. num.11.* Henriq. *cons.29.n.4.* Aloys. Ricc.*in praxi rerum fori Eccles.dec.376.in prima edit. & resol.500.in secunda editione.* † Episcopus enim provisus non potest Episcopatum administrare, nisi litteris expeditis,& ostensis, Azor.*instit.moral. p.2.lib.3.cap.29.q.9. vers.cæterùm*,Flamin.*de resignat.lib.8.qu.5.num.33.*D.Barbosa *in l.divortio,in princ.p.2.num.50.ff.soluto matrimonio*, & secundùm Stephan. Gratian.*disceptat. forens.c.27.* non sufficeret fuisse promotum ad aliam Ecclesiam, si litteræ non essent expeditæ, & secundùm Quarantam *ubi proximè*, *n.13. vers. decimotertiò dubitatur*, potest Vicarius Capitularis exercitium continuare, donec novus Prælatus adeptus fuerit possessionem: allegat Pavin. *d. qu.10. num.9.* Hinc Gonzal. *ad regul.8.Cancell.gloss.15.§.2.num.88.* refert fuisse conclusum, validam esse quandam collationem Canonicatus in mense ordinario vacantis factam à Capitulo Burgensi, spreto Episcopo jam promoto, & habente expeditas litteras suæ provisionis,qui tamen nondum

illas

illas ostenderat, nec præsentaverat, quamvis aliàs D. Episcopus simultaneam haberet collationem cum Capitulo, quia cùm adhuc duraret vacatio dictæ Ecclesiæ, potuit collatio fieri à solo Capitulo sine ulla citatione, requisitione, aut interventione Episcopi promoti, juxta text. *in cap. ne Sede vacante, lib.6.* Hodie tamen aliter se res habet: nam S. D. N. Urbani VIII. *in sua const.* incip. *Nobis nuper, sub Dat. 20. Martij 1625. de consilio S. R. E. Cardinalium Concilij Trid. Interpretum, quibus negotium maturè, ac diligenter examinandum, & sibi referendum commisit, declaravit Ecclesiam, à qua Episcopus de suo consensu transfertur, ab eo tempore vacare, quod idem Episc. ab illius vinculo inexistentis pro tempore Romani Pont. Consistorio absolvitur, etiam ante expeditionem litterarum Apostol. vel adeptam secundæ Ecclesiæ possessionem, posteaquam verò ex testimonio, seu documento Secretarij Sacri Collegij, vel alio modo hujusmodi absolutionis notitiam Episcopus translatus habuerit, illico eum ab exercitio Ordinariæ jurisdictionis abstinere debere, eámque in Capitulum transire, ita ut statim Capitulum jurisdictione uti, Sedem vacantem publicare, atque Officialem, seu Vicarium ad Concilij Trid. præscriptum constituere possit, & debeat*, &c.

162 Ibi, *vocatis omnibus, & singulis*, advertendum, quod si aliqui de Capitulo dicerent de nullitate, & quod non fuerint vocati, nec auditi, nullitas hæc proponi potest coram Superiore Capituli, per quem si hoc prætextu fuerit electio irrita, poterit Capitulum denuo congregari, & ad Vicarij constitutionem devenire: ita respondisse Sacram Congregationem asserit Quaranta *d. verb. Capitulum Sede vacante, in fine.*

163 Ibi, *infra tempus à prædicto Concilio statutum.* Advertendum etiam est, quod stante præfixione termini octo dierum, infra quem Capitulum cogitur Vicarium eligere, interim dum de illius electione agitur, Archidiaconus sustinet Vicarij vices in iis, de quibus de jure communi est Vicarius, Sbroz. *lib.1. q.61.* per text. *in cap.1. & in cap. ad hæc, de officio Archidiac.* Verùm, quia ex diversis non fit illatio, & dicta jura loquuntur Sede repleta, non autem Sede vacante, quo casu de jure transit in Capitulum jurisdictio, ideò infrà illos octo dies totum Capitulum administrare debere, posséque prædictum numerum octo dierum pro Vicarij electione restringere, breviorem statuendo, resolvunt Quaranta *d. verb. Capitulum Sede vacante, §. duodecimò quæro, vers. primò*, & Aloys. Ricc. *post resol.505. in notab. de materia Vicar. à Capitulo Sede vacante, vers. 1. & in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis.305. n.3. p.4.* Ragus. *de voce Canonic. q.37. num.2.* Ex quo sequitur infra illos octo dies non arctari Capitulum ad constituendum Vicarium, & successivè posse de per se administrare, ait idem Quaranta *ubi proximè, vers. terminum.*

164 Qui quidem octo dierum terminus currit Capitulo etiam à die scientiæ translationis sui Episcopi ad aliam Ecclesiam, quando tamen à Pontifice Episcopus fuerit absolutus à vinculo prioris: statim enim post translationem absque alio consensu Episcopum translatum perdere jura primæ Ecclesiæ, resolvunt Fr. Emman. *in sum. tom.3. cap.56. vers. los otros*, Alzed. *in præcellent. Episcop. dignit. p.1. cap.3. n.86. vers. sed adveniente, cum seqq.* & censuit Rota apud Farin. *decis.475. part.1. recent.* refert decisum Massob. *in sua praxi habendi concursum, requis.2. dub.9. secundùm Roman. impress.* me citato *in collect. ad cap.1. n.5. de translat. Episcopi*, Ecclesiam, à qua volens transfertur, seu quam dimittit Episcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absolvitur in Consistorio Sanctitatis suæ, etiam ante expeditionem litterarum Apost. vel adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ, & posteaquam hujusmodi absolutionis notitiam Episcopus habuerit, etiam ex testimonio, seu documento Secretarij Sacri Collegij, illicò teneri eum abstinere ab exercitio ordinariæ jurisdictionis, eámque transire in Capitulum tanquam Sede vacante, & ita posse, & debere Capitulum statim ea jurisdictione uti, ac Vicarium, juxta Concil. Trid. *sess.24. de reform. cap.18.* præscriptum eligere, Sedémque vacantem publicare: sunt formalia verba Decreti à Sacra Congregat. novissimè emanati, quod refero *in collect. ad d. cap.1.* Si verò infra prædictos octo dies Capitulum Vicarium non deputaverit, vel minùs idoneum elegerit, Archiepiscop. Metropolitanus poterit illum deputare ex decreto Conc. Trid. *sess.24. de reformat. cap.16. vers. si secus factum fuerit*, referunt Quaranta *in summa Bullarij, verb. Archiep. auctoritas, n.36.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. cap.70. n.6.* Metropolitano verò ipso negligente suum Vicarium constituere, Episcopus antiquior ex Suffraganeis in Metropolitana illum constituere potest: at Episcopo exempto negligente, Episcopus propinquior deputabit, ut statuit idem Concil. Trident. *d. cap.16. vers. & sub Ecclesia ipsa Metropolitana*, & resolvunt Cuch. *instit. juris Canon. lib.2. tit.8. de officio Vicar. n.39.* Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib.1. q.58.* Designatio Vicarij Capitularis per octo dies notitiæ vacationis Ecclesiæ non ita devolvitur Metropolitano, ut amplius Capitulum non possit moram purgare, & Vicarium designare, quia ad Metropolitanum non devolvitur jus nominandi privativè, sed cumulativè; tum quia hæc devolutio non est alicujus Beneficij Ecclesiastici, seu officij, ac proinde non est necesse quod naturam devolutionis Beneficiorum sequatur, præcipuè cùm sit constitutio pœnalis, & ideò ita resolvunt Garc. *d. p.5. cap.7. n.7.* Castro Palao *d. puncto 29. n.6.* contra Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, n.3.* & Suar. *tom.5. de cens. disp.28. sect.3. num.3.*

165 Ibi, *Te Reverendum N*, sicut Episcopus plures Vicarios sibi constituere potest, ut suprà ostendimus, ita etiam Capitulum Sede vacante, Pavin. *d. q.10. n.6.* Sbroz. *lib.1. q.50. n.3.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.3. cap.37. quæs.18.* Molin. *de just. tr.15. disp.11. n.1.* Nicol. Garc. *part.5. cap.7. n.36.* me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *in opere moral. tom.2. tr.13. disp.2. punct.26. n.2.* Quaranta *ubi suprà, vers. nonò dubitatur*, ubi refert *Sacram Congreg.* censuisse à Capitulo Sede vacante unum tantum Vicarium eligendum, nisi adesset legitimè immemorabilis consuetudo duos, aut plures eligendi. Si discordia fuisset inter Canonicos in electione Vicarij, & plures ad hoc officium assumerentur, magis idoneus, & habens qualitates Concilij remanere debet, cæteris remotis, Quaranta *ubi proximè, vers. secundò dubitatur*, Aloys. Ricc. post *d. resol.505. vers. secundò.* Quamvis Capitulum non teneatur eligere personam in Vicarium de gremio ipsius Capituli, si tamen adesset idoneus, cæteris paribus erit præferendus, & refert decisum Quarant. *ubi proximè, vers. sextò dubitatur*, & Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.180. p.4.* qui dum à choro absens est, & exercet officium suum, illíque tempore divinorum officiorum incumbit, distributiones quotidianas non percipit, ut resolvit Moneta *de distribut. quotid. p.1. q.11. n.83.* contra Caned. *d. lib.1. q.1. n.72.* & Sanctarell. *d. q.11. n.18.* quod intellige ubi consuetudo illum absentem non excusat, cum Rebuff. *d. tit. de Vicar. Episcop. n.5.* Rota Romana *decis.222. n.6. p.2. divers.* Quaranta *ubi suprà, vers. octavò dubitatur, in fine.* Canonicum autem qui munere Vicarij Episcopi fungitur, non lucrari distributiones quotidianas, si horis Canonicis non interfit, etiamsi à tempore immemoriali observatum sit ut debeantur, refert decisum Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. p.3. cap.2. n.348.* ex ea ratione, quia non abest ex justa causa, cùm Vicarius deserviat soli Episcopo, & non Ecclesiæ, ut inquit Rot. *decis.222. num.5. p.2. diversor.*

166 Unde si choro interveniat cum canonicali appara-
167 tu, ut distributiones quotidianas lucretur, † debet se-
dere in loco proprio sui Canonicatus, antiquiores non
præcedendo, Quar. *ubi proximè, vers.*8. *dubitatur, in princip.* Aloys.Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. dec.*475. *in* 1. *edit. & resol.*499. *in* 2. *edit.* ubi *n.*8. dicit decisum per Rotam *in una Lucana benef* 18.*Decemb.*1679. coram Seraphino, ead. Rot. *decis.*288. *n.*2. apud Farin. *p.*2.*recent.* Vincent.Grilenz.*cons.*121. Homobon. de Bonis *de humana vita statibus, part.*1. *cap.*7. *vers. porrò*, Sbroz. *lib.*2.*q.*25. *n.*18. ubi *n.*20. resolvit, quod quando non eligitur Vicar. ex Canonicis, in illis processionibus præferendus est Archidiacono, seu alia dignitas major, & prima post Episcopum, prout eum refert Quaranta *ubi proximè.*

168 Ibi, *de cujus probitate, scientia*, &c. advertendum quòd cùm Episcopi Vicarius non solùm moribus & ætate idoneus esse debeat, verùm etiam scientia, ut scribit Rebuff. *d. tit. de Vicar. Episcopi, n.*28. *&* 33. quem refert Sbroz. *lib.*1. *q.*36.*n.*2. ita Vicarius Capitularis Sede vacante non solum scientia idoneus, sed Doctor vel Licentiatus eligi debet, aut aliàs quantum fieri poterit idoneus, & ita decisum fuisse super Decretum Concil. *d.c.*16. referunt Sbroz.*d.q.*36.*n.*12. ubi *in addit.* refert decisum, quod Sedi Episcopali vacante Vicarius debet eligi Doctor, aliàs electio est nulla, nec debet confirmari Episcopi demortui Vicarius, nisi esset Doctor, quod repetit *in addit.ad q.*55. *sub n.*2. Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Vicarius* 4.Navar. *cons.*2. *de officio Vicarij*, Sayr. *decis.*2. *eodem tit.* Henriq. *cons.*90 Castro Palao *d. punct* 29. *n.*4. Aloys. Ricc. *d. resol.*477. *c.*2. *& in collect. decis.p.*5 *collect.* 1602.ubi limitat in Vicario Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Sede vacante, Raguf. *de voce Canon.in Ecclesia, quæs.* 37. *n.* 6. Et Doctorem sacrorum Canonum præferri Magistro Sacræ Theologiæ quoad officium Vicariatûs, resolvit Aloys.Ricc. *in decis.Curiæ Archiep.* ubi *Neapol. decis.*305.*n.*15.*part.*4. ubi *n.*16. tenet electionem in Vicarium factam de Theologo, omisso Canonista, valere. In casu verò, in quo Vicarius constitutus idoneus quantum fieri potuit, non esset Doctor, potest Capitulum in ipso actu deputationis dare ei Consultorem Doctorem, alioquin poterit ipse Vicarius eligere Consultorem sibi benè visum, partibus non suspectum, in casibus in quibus eo opus erit, Sbroz. *d. q.*36. *n.*13. optimè Quaranta *ubi suprà, n.* 3. *in fine*, Aloys. Ricc. *post d. resol.* 505. *in notab. de materia Vicarij, &c. n.* 4. *vers. Capitulum.*

169 Ibi, *Civitate, & diœcesi.* Notandum est diœcesim non venire appellatione Urbis, ubi aliud non exprimitur, ut videtur probare text. *in cap.sua, de officio Vicar.* ubi Abb. *n.*5. *& in l.fin.ff.de officio Prafecti urbis.* Sed pro contraria parte pugnant aliqua non levia fundamenta; nam commissa cura Civitatis dicitur commissa cura d strictûs, *l.*2. §.*cum urbem, ff.de officio Praf. urbis*, Abb.& Felin. *in cap.Rodulphus, n.*8.*de rescript.* & concessa alicui civitate, intelligitur concessa cum omni sua jurisdictione, Bart.*in l.*2. *in Princ. ff. de verb.sign.& in l.fin.*ubi Jas.*n.*8.*ff.de const.Princ.* Quare paucis distinguendum ducimus, an diœcesis fiat mentio in materia favorabili, aut odiosa: si in favorabili, appellatione diœcesis comprehenderetur civitas; si verò in materia odiosa, minimè: ita Petr.Andr.Gammarus *ad cap.un.n.*106.*cum seqq.super gloss. verb.diœcesis, de rerum permut. lib.* 6. Chiochier. *de jurisdict. Ordin.in exemptos, p.*4.*q.*74. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*43.*à n.*193. Sahagun. *in cap.*1.*n.*24.*de offic.deleg.* Steph.Grat. *discept.forens.tom.*2.*c* 383. *ex n.*15. *vers. minus obstat, & tom.*5.*c.*893.*n.*35. Nicol.Garc.*d.benef. p.*1.*cap.*6. *n.*76. *&* 78. me citato in hoc loco, Joseph. Vela *de potest. Episcoporum circa inquirenda crimina in suis diœcesibus commissa, p.* 1. *num.* 128. *cum seqq.* quapropter tutius esse in Constitutione Vicarij exprimere civitatem, & diœcesim, sicut communiter exprimi solet, dicit Sbroz. *d. q.* 39. *in fine.*

Ibi, *deputamus, creamus, & constituimus.* Sicut 170
Vicarius Episcopi ad beneplacitum potest revocari, ut inquiunt gloss. *in Clement. ultim. de procurat. & in Clement. & si principalis, verb. per electionem*, ubi Cardin. *num.* 10. *de rescript.* Rebuff. *d. tit, de forma Vicar. n.*192. Sbroz. *lib.*3. *q.*32. *à n.*1.*& n.*5. ampliat
† etiamsi Episcopus jurasset non revocare, quod etiam 171
tenet Cevall. *commun. contra communes, q.*767.*n.*20. Alzed. *d.p.*2.*cap.*2.*n.*35.*& seqq.* ubi citat meipsum *in hoc loco*, ita etiam Capitulum facta electione, vel confirmatione illum postea poterit revocare, ut tenet Pavin. *d. q.*10. *sub n.*7. Galet. *verb.Vicarius, n.*3. Aloys. Ricc. *resol.* 505. & etiam dato juramento de illo non revocando, Sbroz. Azor. *institut. moral. part.*2. *lib.*3. 172
*cap.*37.*quæs.*18. Molin. *de Justit. tract.*5. *disp.*11.*n.*1. Sbroz. *d. q.*32. *num.*7. quod existente justa causa fatetur Quaranta *d.verb.Capitulum Sede vacante,* §. *duodecimò quæro, vers. tertiò dubitatur.* Sed facta electione Vicarij, non posse Capitulum illum ad libitum revocare, & novum constituere, dicit per *Sacram Congregat.* decisum Aloys.Ricc.*in collect. decis.p.*5.*collect.* 1602. *in fine, & in decis. Curiæ Archiepisc.Neapolit. decis.* 178. *part.* 4. & resolvit Raguf. *de voce Canonic. quæs.*37.*n.*4.Nicol.Garc.*d.p.*5.*cap.*7.*n.*12.Marc.Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap.*48. aliàs 86. *num.* 4. Castro Palao *d. puncto* 29. *num.* 7.

Capitulum constituens secundum Vicarium, cen- 173
setur primum revocare, ut censuit Rot. Rom. *in una Oriolen. beneficiorum,* 21.*Maij* 1593. coram *Illustriss. Seraphino,* & patet ex ejus *decis.*1026.*&* 1033.*p.* 2. & tenet Aloys.Ricc. *in praxi decis.*478. *in* 1.*edit. & resol.*502.*in* 2.*edit.*ubi *n.*4. cum Put. *decis.*168.*lib.*3.declarat quando prima nominatio, seu constitutio Vicarij esset specialis, & secunda generalis, & *n.*5. cum eodem Put.*decis.*168.*lib.*1.limitat quando constat, & evidenter apparet de contraria voluntate constituentis.

Ibi, *per menses sex.* Adverte Capitulum in com- 174
missione Vicarij posse præfigere tempus, & modum procedendi, sed non postea, tenet Raguf. *de voce Canon. q.*40.*n.*14. Si tamen Capitulum constitueret Vicarium simpliciter, absque temporis præfinitione, ejus officium durabit, durante Sedis vacatione, ita Quaranta *d. cap. vers. Capitulum Sede vacante, prope finem, vers. circa quam commissionem.*

Ibi, *cum voto tamen Ordinariorum consultorum.* 175
Adverte quod in ipsa deputatione Vicarij Doctoris juris Canonici potest Capitulum, ut maturiùs, ac consultiùs in decidendis causis procedatur, apponere clausulam, ut adhibeat etiam votum aliorum Consultorum, 179
præsertim si Episcopus adhibeat, & ut in causis Canonicorum procederet cum voto certi Consultoris, quia ut plurimum Vicarij capitulares solent esse exosi iis, qui sibi non dederunt vocem ad favorem, ita Quarant. *d. loco, prop. fin. vers. idem erit.*

Ibi, *etiamsi speciale mandatum requirant.* Quia per 176
constitutionem Vicarij generalis in spiritualibus, & temporalibus, non transeunt ea, quæ requirunt speciale mandatum, Pavin.*d.q.*10.*n.*17. Quaranta *ubi suprà, vers. circa quam.* Unde ex sola designatione non habere Vicarium Capituli ampliorem jurisdictionem, quàm habet Vicarius Episcopi, sed indigere speciali commissione ad ea, quæ requirunt speciale mandatum, 180
resolvunt Nicol.Garc. *d.p.*5. *cap.*7.*à num.*29. me citato Castro Palao *d. punct.* 29. *n.* 5. ubi assignat rationem, quia Concil. Trident. solùm statuit eligendum esse Vicarium à Capitulo, quod autem debeat omnem Capituli jurisdictionem habere, non decidit.

Ibi, *reservantes*, &c. Quia † in commissione Vica- 177
rij potest Capitulum sibi aliqua reservare, ut ait Quaranta *d. loco, vers.*4. *dubitatur, & vers. idem erit.*

Ibi, *in casu verò infirmitatis, vel absentia substituere* 178
non

non possit, quia ex causa infirmitatis, vel alterius impedimenti posse Vicarium delegare causas tunc pendentes, tenuit Pavin. *d. q.*10. *num.*21. sed hoc benè intelligit Quaranta *in* 10. *dub.* de consensu ipsius Capituli, cujus nomine jurisdictionem exercet, aliàs si Capitulum se opponeret, & vellet durante infirmitate Vicarium constituere, dicit quod possit, idem Quaranta *ubi proximè*. Vicarius enim Capituli substituere non potest, nisi ei in mandato substituendi facultas concedatur. Rota *decision.*159. *libro* 3. *diverf.* Put. *decis.*487. *lib.* 2. Stephan. *decis.*1033. *part.*2. *in praxi rerum fori Eccles. decisione* 477. *in* 1. *edit. & resolut.*501. *in* 2. *edition. & resolution.* 503. resolvit per mortem Vicarij substituentis non expirare potestatem substituti.

178 Ibi, *cum solutione salarij*, qaia Vicarius Capituli Sede vacante debet habere salarium, sicut quilibet extraneus Vicarius, & deducere expensas, quas domi facturus esset, tanquam reputatus præsens, & residens propter Ecclesiæ servitium, Pavin. *d. q.*10. *n.*5. Sbroz. *lib.*1. *q.*55. *n.*7. Quaranta *d. loco, vers. septimò dubitatur*, licèt ubi fuerit Canonicus, fructus percipiat, cùm censeatur inservire Episcopatui, *cap. ad audientiam, de cleric. non resid.* Rota *decis.*222. *num.*6. *part.*2. *diverf.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 6. *numer.* 264. Moneta *de distribut. quotid. part.* 2. *q.* 11. *num.* 89. Nicolaus Garcia *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 358. distributiones tamen quotidianas, seclusa consuetudine, statuto, vel privilegio, non lucratur, dum tempore divinorum officiorum Vicarij munus exercuerit, Prosper de Augustino *ad Quarantam dicto verbo Capitulum Sede vacante, num.* 8. *in fine*, Moneta *d. q.* 11. *num.* 83. Idem in Vicario Episcopi resolvendum tenent Sbroz. *lib.*1. *quæst.*43. *n.* 3. Garcia *d. cap.*2. *num.*357. Moneta *d. q.*11. *n.*78. nam tenetur illi congruum salarium subministrare, *cap. si Episcopus*, ubi gloss. *de officio Vicar. in* 6. Sbroz. *lib.*1. *q.*55. *à num.* 1. Segur. *in direct. jud.* §. 1. *cap.*14. *à num.* 1. Et cùm fuisset dubitatum, an salarium etiam non conventum deberetur Vicario Episcopi, & ratio dubitandi ex eo deducebatur quod ad effectum eligendi salarium non conventum, erant probanda extrema, nempe quod Episcopus solitus esset conducere, & Vicarius locare operas suas, juxta Alex. *cons.*109. *lib.*3. Dec. *cons.*132. *in fine*, contrarium tamen, nempè deberi salarium, censuit Rot. *in Turritana mercedis*, 20. *Maij* 1569. coram *Illustrissimo Seraphino*, inter ejus decisiones impressas *decis.* 74. & apud Marchesan. *p.* 1. *pag.* 1192. illud enim quod dicitur per Alexand. & Decium procedit in famulis, & aliis vilibus personis, quæ sæpenumerò inserviunt pro expensis, etiam sine
179 salario. Unum adderem utilissimum quod † Vicarius Episcopi non potest petere salarium non conventum à successore pro servitio præstito ejus prædecessori, ut resolutum fuit in Rota, teste Puteo *decis.*43. *lib.*2. & referunt Flamin. *de resignat. lib.*1. *quæst.*16. *numer.* 53. Galet. *d. verb. Vicarius* 9. me citato *in hoc loco*, Alzed. *d. cap.* 2. *num.*32. nam cùm constitutio Vicarij sit voluntaria, potuit Episcopus carere opera Vicarij, & sic non tenetur ad ejus salarium, cùm successor non teneatur ad debita voluntaria, sed ad necessaria tantum, ut declarat Rota cum Seraphin. *d. decis.* 74. *num.* 6.

180 Si Capitulum Sede Vacante suspensionis censura sit irretitum, & jurisdictionis usu privetur, principalis ejus Vicarius jurisdictionem exercere non poterit, ut per Soar. *de censur. disp.* 7. *sect.*3. *num.*13. quamvis contrarium teneat Ugolin. *tract. de censur. tab.*1. *cap.* 4. §. 2. quia vis officij, & jurisdictionis Vicarij ab ipso Capitulo dependet, & suspenso Capitulo, erit suspensus ejus Vicarius, ut per Quarant. *ubi proximè, vers. idem erit*; nec refert, an à Capitulo, vel à Metropolitano ob negligentiam Capituli generalis Vicarius constituatur secundùm formam Concilij *d. cap.*16. quia ob negligentiam Capituli non devolvitur jurisdictio ad Metropolitanum: nam aliàs ipse auctoritate ordinaria excommunicare, & absolvere posset, sed deputatio tantum, sive jus constituendi Vicarium nomine Capituli, qui quidem Vicarius taliter constitutus jurisdictionem habet pendentem à jurisdictione, quæ in ipso Capitulo residet, Tridentina enim Synodus noluit jurisdictionem Capituli ob ejus negligentiam in Metropolitanum devolvi, sed solum Capitulum obstringere, & obligare necessitate Vicarium nominandi, ut eleganter explicat Soar. *d. sect.*3. *num.* 14.

Vicarius hujusmodi Capituli Sede vacante, finito 181
officio tenetur stare syndicatui, ut disponit Concilium Trident. *d. cap.*17. ibi, *rationem exigat*, & tenent Aloys. Ricc. *in d. praxi, decis.*481. *in* 1. *edit. & resolut.* 504. *in* 2. *edit.* Quaranta *d. loco, vers. dubitatur denique, num.* 14. ubi etiam asserit in Vicario Episcopi consuetudinem se habere in contrarium
Sbroz. *lib.* 3. *q.* 52. † Episcopum per se rationem ad- 182
ministrationis officij gesti à Vicario Capituli Sede vacante constituto exigere, atque in aliquo delicto compertum punire posset refert decisum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis, numer.* 99. observant Ugolin. *de officio Episcopi, cap.* 2. §. 2. *numer.* 2. & Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. decis.*291. *part.* 4.

Vicarius autem Episcopi non tenetur ad syndica- 83
tum, ut expressè declaravit Gregor. XIII. *in quadam Bulla ann.* 1578. directa Clero, & communitati Tarentinæ, siquidem cùm communitas, & Clerus prætenderent Vicarios Episcopi esse obnoxios syndicatui, Gregor. XIII. respondit his verbis: *Statuimus, & mandamus, quod Vicarij, & officiales, sive generales, sive particulares, etiam foranei nuncupati, per eundem Archiepiscopum, sive ejus pro tempore successores in dicta Ecclesia Tarentina, sive ejus diœcesi deputati, vel deputandi, ad aliquem syndicatum nullo modo teneantur, aut eidem sub quovis prætextu sint obnoxij*, referunt Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop. Neapol. cap.* 58. *in noviss. edit.* Homobon. de Bonis *de humanæ vitæ statibus, cap.* 7. *in fine.* Unde non venit admittenda Hispaniæ constitutio *in l.* 4. *tit.* 7. *lib.* 3. *novæ recopil.* contrarium disponens, quam defendit Azeved. *ibi*, præfatam Gregorij Constitutionem fortè non videns.

Quando Vicarius ita delinquit in officio, ut offen- 184
dat jurisdictionem Metropolitani, veluti si nolit deferre appellationi ad eum legitimè emissæ, vel illius inhibitionem spernat, tunc poterit Archiepiscopus eum coërcere censura Ecclesiastica, in quibus terminis procedit text. *in cap.* 1. *de officio Vicarij, lib.* 6. qui venit conjungendus cum alio text. ejusdem Innocentij IV. in eadem controversia inter Archiepiscopum Remens. & ejus Suffraganeos, sive eorum Officiales *in cap. Romana Ecclesia, in princip. de appellat.* Quando verò deliquit in officio, præjudicando simpliciter partibus & justitiæ, cognitio & punitio pertinet ad ipsum Episcopum, qui habet facultatem à Jure, prout quivis alicujus Magistratus coërcendi Officialem suum appellatione remota; *l. nulli Officialium. C. quor. appell. non recip.* registrata per Gratian. *in cap. ei qui appellat*, §. *nulli quoque* 2. *quæst.* 6. & ita in his terminis optimè resolvit Lotter. *in tract. de re benef. lib.* 1. *q.* 22. *numer.* 10. *cum seqq.* ubi intelligit, nisi propter notorietatem; & gravitatem criminis facta sit devolutio; & ideo secundum hanc distinctionem accipiendus est Geminian. *in d. cap.* 1. §. *fin. sub num.* 4.

ALLEGATIO LV.

Episcopus in Ecclesiis Cathedralibus Pœnitentiarium quomodò instituere teneatur.

SUMMARIUM.

1 *Pœnitentiarium cum unione prebendæ proximè vacaturæ in sua Cathedrali Ecclesia debet Episcopus instituere, modò id commodè fieri possit.*

2 *Pœnitentiarij officium, & electio personæ ad solum Episcopum absque consensu Capituli spectat.*

3 *Pœnitentiaria per Episcopum erecta cum unione prebendæ proximè vacaturæ, talis unio non comprehendit prebendam vacantem in mense Sedi Apostolicæ reservato.*

4 *Pœnitentiarius debet esse Magister, vel Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel jure Canonico, seu aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur.*

5 *Gradus Doctoratûs, vel Licentiaturæ requisitus ad beneficia, seu dignitates, sufficit si habeatur sine scientia competenti.*

6 *Doctoratûs gradus ad beneficia, seu dignitates requisitus non sufficit si habeatur non facta professione Fidei, aut contra Academiæ statuta, vel consuetudines receptas.*

7 *Pœnitentiarius Canonicus debet esse in ætate quadraginta annorum.*

8 *Ætatis quadraginta annorum defectus in Pœnitentiario non obstat, ubi aliàs aptus pro loci qualitate reperiri non potest, in civitate scilicet, aut diœcesi.*

9 *Anni quadraginta in Pœnitentiario debent esse completi.*

10 *Pœnitentiarius ab Episcopo cum unione prebendæ proximè vacaturæ institutus, officium exercere, ac pœnitentiariæ inservire tenetur, & interim quo vacat prebenda, non habet locum nec in Capitulo, nec in choro, nec distributiones quotidianas percipere potest, & sedere debet in loco sui Canonicatus, cum illum fuerit assecutus.*

11 *Pœnitentiariæ prebendæ collatio ab illis fieri debet, ad quos antea spectabat.*

12 *Præsentationem habens prebendæ Pœnitentiariæ unitæ poterit in ea postea præsentare electum ab Episcopo.*

13 *Pœnitentialis prebenda vacans in mense Apostolico, vel si adsit alia reservatio, seu affectio, tunc electio, & collatio pertinebit ad Papam ratione reservationis.*

14 *Pœnitentiarij in electione non potest Capitulum se intromittere, etiam Episcopo absente.*

15 *Pœnitentiarij electio pertinet ad solum Episcopum, vel eo absente ad Vicarium suum, cui Episcopus in specie delegaverit hanc facultatem.*

16 *Pœnitentiarij electio non facta per Episcopum, vel per ejus Vicarium intra semestre à die notitiæ vacationis, devolvitur ad Capitulum.*

17 *Pœnitentia vacans Sede Episcopali vacante, non potest provideri à Capitulo, quamvis collatio prebendarum sit communis Episcopi & Capituli, vel etiam solius Capituli.*

18 *Pœnitentiariæ vacantis Sede Episcopali vacante electio, & collatio pertinet ad Papam, etiam seclusa reservatione, & non est reservanda futuro Episcopo.*

19 *Pœnitentiarius ipso quod est institutus, habet à jure, & Concilio facultatem audiendi Confessiones, & jurisdictionem ad absolvendum à peccatis, absque alia Ordinarij licentia.*

20 *Pœnitentiario cuilibet confessus peccata satisfacit præcepto cap. omnis utriusque sexus, de pœnit. & remiss.*

21 *Pœnitentiarius institutus pro audiendis confessionibus unius diœcesis, non potest eas audire in alia, etiam habentium Bullam, vel licentiam sui Parochi.*

22 *Pœnitentiarius potestatem, quam habet absolvendi, alios delegare, seu committere non potest.*

23 *Pœnitentiarius à casibus, quos Episcopus expressè sibi reservavit, absolvere non potest.*

24 *Pœnitentiarius non potest casus Episcopo reservatos, & ab eo sibi commissos, aliis subdelegare.*

25 *Absolutio Concil.* session. 24. de reformat. cap. 6. *committi potest ab Episcopo, non tamen à Vicario generali, aut Pœnitentiario, vel Vicario ad id specialiter deputato.*

26 *Pœnitentiarius ad audiendas Confessiones semper paratus debet existere, nec potest pœnitentes recusare, quia si hoc faciat, poterit ab Episcopo puniri, & privari.*

27 *Confessiones integras, & non solos casus reservatos, tenetur Pœnitentiarius audire.*

28 *Pœnitentiarius horis opportunis, loco & Sede Episcopi, ad quem hoc pertinet, pro arbitratu peccata confiteri volentibus sui copiam facere tenetur.*

29 *Pœnitentiarius virgam, seu bacchettam in manu, sicut in urbe, tenere non debet, præcipuè in locis ubi hoc non est in usu.*

30 *Pœnitentiarius dum audit Confessiones in Ecclesia, sive in confessionario, sive extra, habendus est pro præsenti in choro, pro illo tempore duntaxat quo actualiter eas audit.*

31 *Pœnitentiarius dum confessiones actualiter audit, non solùm habetur pro præsenti in choro ad lucrandas quotidianas distributiones, sed etiam eleemosynas ipsas, quæ distribuuntur inter Canonicos pro associandis, & sepeliendis defunctorum cadaveribus, &c.*

32 *Pœnitentiarius non habebitur pro præsenti in choro, si extra Ecclesiam Confessiones audiat, etiam infirmorum.*

33 *Pœnitentiarius non tenetur ad majorem residentiam, quàm alij Canonici, dummodo non absit tempore quo frequentius pœnitentes accedunt, & diebus festis solemnibus.*

34 *Pœnitentiaria potest resignari etiam in favorem, & cum reservationibus pensionis.*

35 *Pœnitentialis prebenda postquam est effectum sortita, nec potest optari, nec Pœnitentiarius etiam valet optare, nec retento, nec dimisso officio.*

36 *Pœnitentialis prebendæ erectio non habet locum in ea, quæ vigore statuti à sequenti Canonico optatur, sed illa prebenda, quam dimiserit Canonicus, qui novissimè optat, huic muneri affecta, & unita remanet.*

EPiscopus in sua Cathedrali Ecclesia, modò id commodè fieri possit, pœnitentiarium, idest, aliquem, qui Pœnitentes audiat, & pœnitentiæ Sacramentum administret, cum unione præbendæ proximè vacaturæ, instituere debet, ut disponit Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 28. de cujus materia, & de Pœnitentiarij institutione, 1

institutione, & officio multa cumulat Salazar de Mendoza, Canonicus Pœnitentiarius S.Ecclesiæ Toletanæ *in libello de institutione Canonicatus Pœnitentiariæ in dicta Ecclesia Toletana*, aliáque ad materiam pertinentia tractant Zerola *in praxi Episcop p.1.verb.Pœnitentiarius*, Aloys.Ricc.*in praxi fori Ecclesiast.decis.555. in 1.edit. & res.477.in 2.edit.* Ugol.*de officio, & potestate Episcopi,cap.33.*Gonzal.*ad reg.8.Cancell.gloss 34. à n.78.* latè Nicol.Garcia *de benefic.p.5.c.4.n.130.cum multis seqq.* Homobon. de Bonis *de humanæ vitæ statibus cap.10. de statu, & obligatione Pœnitentiarij.*

2 Hæc Pœnitentiarij officij institutio, & electio personæ, quoties opus fuerit pro exercendo tali officio, ad solum Episcopum spectat, ita ut Capituli consensus minimè requiratur, cùm hoc solius Episcopi arbitrio relinquatur, prout decisum referunt *in Sacra Congreg.* Navarr. *cap.unic.ne Sede vacante,in fine,* Nicol.Garc. *d.cap.4.n.138.* Aloys.Ricc. *d.resol.477.n.1.* Ugolin. *d. cap.33.n.2.* Flamin. *de confid. q.45.n.17.* Zerol.*d.verb. Pœnitentiarius*, §.3. & tenuit Rot.Rom. *in una Abul. Canonicatus Pœnitentiariæ*, 17. *Aprilis* 1589. coram *Illustrissimo Mantica*, quæ est inter ejus decisiones impressas *decis.56.* & iterum *in Majoric. Canonicatus*, 15. *Novembris* 1593. coram *Illustrissimo Domino meo observandissimo Card. Millino.*

3 Erecto Pœnitentiario per Episcopum cum unione præbendæ proximè vacaturæ, hujusmodi unio non comprehendit præbendam vacantem in mense Sedi Apostolicæ reservato, ut respondit Sacra Congregat. Episcopo Vicent. ex eo, quod Concil. *d.cap.8.* non exprimit de præbendis etiam reservatis Sedi Apostol. & quando voluisset eas comprehendere, expressè hoc dixisset, ut patet in Seminario *sess.23. cap.17.* ac in simplici unione facienda Cathedrali pauperi *sess. 24. cap.15.* referunt Azeved.*cons.7.n.31.& 32.& cons.14. num.14. & 15.* Nicol. Garcia *in addit. ad d. cap. 4. num.* 127. Salaz. de Mendoza *in d. libello*, §. 2. ubi etiam refert decisum 31. *Maij* 1596. præbendam officio Pœnitentiarij uniendam integram, atque Canonicalem esse debere.

4 Deputare debet Episcopus in Pœnitentiarium Magistrum, vel Doctorem, aut Licentiatum in sacra Theologia, vel jure Canonico,seu aliàs,qui aptior pro loci qualitate reperiatur, ut habetur in Concil.Trid.*d. c.8.* & tenent Homobon.de Bonis *d.c.10. vers.secunda.* Nicol.Garc. *de benefic.p.7.cap.4.n.32. & c.7.n.49.* ubi
5 *num.50.* resolvit † ad beneficia, seu dignitates requirentia gradum, sufficere eum habere, etiam sine scientia competenti, ita ut adeptio,& impetratio talis beneficij, seu dignitatis in foro Ecclesiæ judiciali rata & firma sit, quod etiam tenet Azor. *institut. moral. p.2.lib.9.cap.6.q.1.* Et advertendum quòd idem Nicol.
6 Garcia *d.cap.7.n.51.*tenet † non sufficere gradum non facta professione Fidei juxta Constitutionem Pij IV. aut contra Academiæ statuta, vel consuetudines receptum, ut quia quis falsò probavit cursus necessarios, vel descriptionem in matricula, aut non fuit servata forma præscripta in examine,seu aliàs. Quomodo autem in Regnis Hispaniarum Canonicatus, & præbendæ Pœnitentiarij sint providendi, extat de hoc Bulla Gregorij XV. quæ refertur in calce hujus cap.

7 Ultra prædictum gradum Doctoratûs, vel Licentiaturæ, requiritur ut hujusmodi Canonicus Pœnitentiarius sit in ætate quadraginta annorum, seu aliàs, quando aptior pro loci qualitate non reperitur, ut habetur in eodem Concil. Trident. *d. cap.8.* & tenent Guttier. *Canon.lib.1. cap.26.num.40.* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.30. tract. 3. n.194. in fine,* Campanil. *in diversorio Juris Canonici, rubr.7. cap.6. num.27.* Nicol.Garcia *d. part.7. cap.4. n.32.* me citato *in hoc loco*, Castro Palao *in opere moral. tom.1. tract.13. disp.4. puncto 3. num.* 17.

8 Defectus hujus ætatis non obstat ubi aliàs aptior pro loci qualitate reperiri non potest, existimóque sufficere, quod non reperiatur in civitate, aut etiam diœcesi persona apta cum dictis qualitatibus, nec esse quærendam extra diœcesim, argum. *cap. nullus, 61. distinct. & c. sacrorum, 63.dist.* Salazar. de Mendoza *in d. libello* §.3. Nicol. Garcia *d. cap.4. num.* 33. ubi *num.* 34. resolvit, quòd si in diœcesi non reperiatur talis persona apta, & Episcopus velit eum eligere extra diœcesim, non poterit eligere nisi habentem dictas qualitates, si talis ibi reperiri potest commodè. Et † 9
hujusmodi quadraginta annos debere esse completos, resolvit Nicol. Garc. *d. cap.4. num.35.* quamvis sufficere inchoatos teneat Azor. *d. lib.6. cap.5. quæst.6. in fine, & d. p.2. lib.6. cap.5. q.6. in fine*, Castro Palao *d. puncto 3. num.17. in fine, cap. 4.*

Pœnitentiarius ab Episcopo sic ad præscriptum Con- 10
cilij institutus, & deputatus, cum unione præbendæ proximè vacaturæ, tenetur officium exercere, & inservire Pœnitentiariæ; ac Parochialem, si quam obtinet, dimittere, etiam ante vacationem præbendæ: & interim quod vacat, non habet locum nec in Capitulo, nec in Choro, nec potest distributiones quotidianas percipere, & postea sedere debet loco sui Canonicatus, cùm illum fuerit assecutus: ita refert decisum Nicol. Garc. *in addit. ad d. p.5. cap.4. num.* 111.

Quamvis electio Pœnitentiarij quandocunque fa- 11
cienda ad solum Episcopum spectet absque Capituli consensu,ut suprà dixi,collatio tamen præbendæ unitæ ab illis fieri debet ad quos antea spectabat, ita decisum referunt Nicol. Garc. *d.p.5.cap.4.n.138.*addit.*ad Navarr. d.consil.unic.* Gonzal. *ad regul.8.Cancell.gloss.9. §.2. n.84.* Aloys.Ricc. *d. resol.477. n.2.* & *in una Zamoren.* declaravit *Sacra Congreg.* † idem in præsenta- 12
tione, ac in collatione esse dicendum, dummodo præsentatio fiat de electo ac Episcopo, testatur Nicol. Garc. *in addit. ad d.cap.4.num.143.* ubi idem dicit in electione, si electio spectaret ad Capitulum, seu alios; nam eadem est ratio de electione, ac præsentatione.
† Id autem quod dictum est,electionem personæ Pœ- 13
nitentiarij quandocunque faciendam ad solum Episcopum pertinere, non procedit ubi officium Pœnitentiarij, & unita præbenda vacat in mense Apostolico, vel adest alia reservatio, seu affectio; nam tunc ad Papam pertinet ratione reservationis. Ita Gonzal.*d.gloss.9.§.2. à numer.* 84. Salazar. de Mendoza *in d. libello*, §. 2. *&* 3. Ceval. *commun. contra commun. q.* 897. *n.* 488.

Et quamvis Episcopus sit absens, Capitulum non 14
potest se intromittere in electione Pœnitentiarij, licèt ad ipsum collatio spectat, sed ipse Episcopus absens poterit, ubi est, eligere Pœnitentiarium, non enim ad id est necessaria præsentia, seu existentia in diœcesi; nam etiam extra illam potest expediri, cùm non sit contentiosæ, sed voluntariæ jurisdictionis, prout decisum fuisse *in una Burgen.* refert Nicol.Garc. *in addit. ad d.cap.4.n.143.*ubi etiam testatur ibi † tantum fuisse 15
electionem personæ pertinere ad solum Episcopum, vel eo absente, ad Vicarium suum, cui Episcopus in specie delegaverit hanc facultatem, expensis tamen ipsius Episcopi: † Si tamen intra semestre à die noti- 16
tiæ vacationis Episcopus per se, vel per Vicarium non elegerit Pœnitentiarium, devolvitur electio ad Capitulum, cùm ad Episcopum pertineat proprio jure, & Ordinarium ex Concilio, juxta *cap. 1. de concessione præbendæ*, & ea quæ infra suo loco dicemus.

Occurrente vacatione Pœnitentiariæ Sede Episco- 17
pali vacante, Capitulum non poterit illam providere, & Pœnitentiarium eligere, est ocollatio præbendarum sit communis Episcopi, & Capituli, vel etiam solius Capituli, ex quo electio personæ & provisio officij Pœnitentiarij ad solum Episcopum spectat, ut dictum est; & Capitulum Sede vacante non succedit in provisione beneficiorum ad Episcopum spectante. Ita decisum referunt Nicol. Garcia *dicta part. 5. cap.4.*

18 *num.*145. Aloys.Ricc. *d.resol.*477. *num.*4. † Sed ejus electio, & collatio pertinebit ad Papam, etiam seclusa reservatione ; & non est reservanda futuro Episcopo, prout decisum refert *in una Januen.* Nicol. Garcia *in addit. ad d. cap.*4. *num.* 150.

19 Pœnitentiarius institutus eo ipso habet à Jure, & Concilio facultatem audiendi Confessiones pœnitentium illius diœcesis, & jurisdictionem ad absolvendum à peccatis, & est veluti Parochus totius diœcesis, nec requiritur nova licentia Ordinarij. Ita resolvunt Ugol. *d.cap.*23.*n.*2.*&* 3. Lælius Zecch. *de Republ. Ecclesiast. cap.*24. *de Capitulo, & Canonicis, sub num.*16. Aloys. Ricc. *d. resolut.* 477. *n.* 5. Salazar. de Mendoza *in d.*

20 *libello*, §.5. & † quilibet potest ei confiteri sua peccata, & satisfaciet præcepto ; *cap. omnis utriusque sexus, de pœnit. & remiss.* ut decisum referunt Aloys. Ricc. *ubi proximè*, & Nicol.Garc. *d. part.*5.*cap.*4.*num.*113.

21 † non tamen poterit audire Confessiones in alia diœcesi, etiam habentium Bullam, vel licentiam sui Parochi : nam cùm dubitaretur an obtinens Parochiale beneficium in una diœcesi, possit in alia absque Ordinarij loci approbatione eligi in Confessarium ab habentibus privilegium vigore Jubilæi eligendi Confessarium idoneum, cùm is generaliter, & absolutè sit approbatus à Concilio, ut cum aliis resolvit Vivald. *in Candelab. aureo, part.* 1. *de Confessione, n.*28. nihilominus decisum fuit minimè posse, prout refert Nicol. Garcia *d. part.*5. *cap.*8. *dub.*4. quicquid post alios dicant Henriq. *in summa, lib.*7. *cap.*12. *numer.* 3. Súar. *tom.*4. *de pœnit. disp.* 28. *sect.* 4. *num.* 18.

22 Illud tamen advertendum duxi, quod licèt hujusmodi Pœnitentiarius sit Ordinarius diœcesis Confessor, non videtur posse delegare, seu committere suam potestatem, non solùm generaliter, sed nec particulariter, maximè cum in eo censeatur electa industria personæ, argum. text. *in cap. ult. §.is autem, de officio delegati*, & quæ resolvunt Peregrin. *lib.*1. *variar. ad rub. de officio & potestate judicis delegati, n.*7. Surd. *cons.*443. *num.* 15. & in propriis terminis comprobat Homobon. de Bonis *de humanæ vitæ statibus, part.* 1. *cap.*10.*vers.est autem.* Quicquid dicant Cuch. *in instit. major. lib.*5. *tit.*4. *n.*160. Joan. à Chapeavil. *de casib. reserv. cap.* 3. *diffic.* 2.

23 A casibus, quos Episcopus sibi expressè reservavit, non potest Pœnitentiarius absolvere quemquam, nisi ipsemet Episcopus hanc illi speciatim dederit auctoritatem. Ita resolvunt Navar. *cons.*20. *sub tit. de pœnit. & remiss. in noviss.* Sayr. *in floribus decis. sub eodem tit. decis.*44. Henriq. *consil.*62. *n.*7. *& seq.* Ugolin. *d. cap.*33. *n.*3. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.*179. *in fin.* & decisum referunt idem Aloys.Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.*751. *in* 2. *editione, & resol* 492. *n.*2. *in secunda editione.* Nicol. Garc. *d. p.*5. *cap.*4. *num.*115. Quamvis ipsum Pœnitentiarium, si suæ præbendæ fuerit annexum pœnitentiariæ officium, posse absolvere absque alia facultate ab omnibus casibus Episcopo reservatis, teneat Piasec. *in praxi nova Episcop.p.*2. *c.*1.*n.*16. cum Chapeavil. *de casibus reservatis, c.*3.*q.*1. *different.* 2. & videatur tenere Salazar. de Mendoza *in d libello*, §.5. Zerola *in praxi Pœnitentiariæ, cap.*22. *q.*5. Sbroz. *de offic. Vicarij, lib.*2. *q.*19. & Antonin. *in catechesi Neapolit. cap.* 34. quos refert, & sequitur Homobon. *d. cap.* 10. *statim in princ. & de ca-*

24 *sibus reservatis, part.* 1. *cap.*5. Unde † si ei fuerint commissi ab Episcopo casus sibi reservati, non poterit subdelegare, quia in eis censetur electa industria personæ ; tum quia est delegatus inferioris à Principe. Ita Nicol. Garcia *in addition. ad dict. cap.*4. *n.* 112.

25 Hinc etiam † absolutio Concilij *sess.*24. *de reformat. cap.* 6. committi potest ab Episcopo, non tamen à Vicario generali, seu etiam Pœnitentiario, aut Vicario ad id specialiter deputato, prout referunt decisum Aloys. Ricc. *d. resolut.* 477. *numer.* 5. *in fine*, Nicol. Garcia *d.part.* 5. *cap.*4. *num.* 116. Salazar. de Mendoza *d.* §. 5.

26 Debet præfatus Pœnitentiarius semper paratus existere ad audiendas Confessiones, quare minimè recusare potest pœnitentes, & decisum referunt Aloys. Ricc. *d. resolutione* 477.*num.*6. Nicol.Garc. *d.part.*5. *cap.* 4. *n.* 118. Et recusans audire Confessiones potest puniri, & privari ab Episcopo, prout etiam decisum fuisse testantur Aloys. Ricc. & Nicol. Garcia *citatis locis*, Salazar. de Mendoza *d. libello*, §.7. Campan.

27 *d. cap.*6. *n.*27. † Et quamvis habeat facultatem absolvendi à casibus reservatis, tenetur nihilominus integras Confessiones audire, & non solos casus reserva-

28 tos, cum sit Confessor ordinarius : tenetúrque † horis opportunis, loco, & sede Episcopi, ad cujus hoc pertinet arbitratum, peccata confiteri volentibus sui

29 copiam facere, † in manu tamen virgam, seu bacchettam, sicut in Urbe, non debet tenere, præcipuè in locis, ubi hoc non est in usu. Ita decisum *in una Abulen.* 21. *Aprilis* 1587. referunt Nicol.Garcia *d.part.*5. *cap.*4. *num.*117. Ugolin. *d cap.*33. *num.*6. Salazar. de Mendoza *d.* §. 7.

30 Pro præsente in choro habendus est Pœnitentiarius, dum audit Confessiones in Ecclesia, ut habetur in Concil. Trident. *d. cap.*8. sive in Confessionario, sive extra, non tamen pro tempore, quo residet in Confessionario, nec audit Confessiones, aliis in choro Divina celebrantibus, nec item si dixerit Missam, aut si privatim Officium dicat, etiam ut opportuniùs Confessiones audiat, censendus est præsens in choro. Ita decisum referunt Moneta *de distribut. quotid. p.*2. *q.*11. *n.*64. *cum sequentibus*, Ugolin. *d. cap.*33. *n.* 5. Aloys. Ricc. *d. resol.*477. *n.*6. Salazar. de Mendoza *in d. libello*, §.6. Campan. *d. n.*27. Nicol. Garc. *d. p.* 5. *cap.*4. *n.*124. *& seq.* Bonac. *de horis Can. disp.*2. *q.*5. *puncto* 3. §. 5. me citato *in hoc loco*, Castro Palao *in opere moral.tract.*7.*disp.*3.*puncto* 5. §.5. & Trullench. *in exposit. Decalogi, lib.*1. *cap.*8. *dub.*12. §.5. *à princ.*

31 Et Pœnitentiarius non solùm censetur præsens in choro dum actualiter Confessiones audit ad lucrandas distributiones quotidianas, sed etiam eleemosynas ipsas, quæ distribuuntur pro associandis, & sepeliendis cadaveribus defunctorum vel pro supplicationibus, & processionibus, quæ per Urbem aguntur. Bonac. *d. d.* §.5. *num.*4. & me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. disp.*3. *punct.*3. §. 5. *num.* 2. Trullench. *d. dub.* 12. §.5. *num.* 1. *in fine.* Ita decisum refert Nicol. Garc. *d. part.*5. *cap* 4. *numer.* 125. Quamvis contrarium velit Moneta *d. q.* 11. *num.* 65.

32 Cùm Pœnitentiarius iste ad id tantùm institutus sit, ut Confessiones in ipsa Ecclesia Catholica audiat, & Concilium illum in Ecclesia Confessiones audientem pro præsenti in choro habeat, talis non censebitur, si Confessiones extra Ecclesiam, etiam infirmorum audiat, ut resolvit Nicol. Garc. *in addit. ad d. p.*5. *cap.*4. *num.*125. *in fin.* Unum casum de alio Canonico, qui tempore Divinorum Confessiones audit, adducunt Monet. *d.part.*2. *q.*11. *n.*68. & Castro Palao *d. disp.*3. *puncto* 3. §. 5. *num.* 4. quando scilicet præsente Pœnitentiario alius, vel alij in illius adjutorium ad audiendas Confessiones designãtur ob multitudinem pœnitentium ; nam hoc casu meritò tenent eos tali assignatione facti lucrari distributiones, ac si choro præsentes essent ; quia occupantur in evidenti Ecclesiæ utilitate, cùm utile sit Ecclesiæ, immò necessarium ministros habere, qui populo in re ita necessaria satisfaciant.

33 Ad majorem residentiam, quàm alij Canonici, non tenetur Pœnitentiarius, dummodo non absit tempore, quo frequentiùs pœnitentes accedunt, & diebus festis solemnibus, veluti tempore jejuniorum, Quadragesimæ, Adventus, Quatuor temporum, Resurrectionis, & Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi,

Assumptio

Assumptionis Beatæ Mariæ, Nativitatis Domini, & omnium Sanctorum. Ita referunt decisum Ugolin. *d. cap.*33. *n.*6. Salazar. de Mendoza *d.libello*, §.7. Nicol. Garcia *d.p.*5. *cap.*4.*n.*122. & *ibi in addition.*dicit dubitatum fuisse, an facultas, quam habet Capitulum Burgen. ex statuto à Sede Apostolica confirmato, ut ejus Canonici possunt quinque menses abesse ab Ecclesia, competat etiam Pœnitentiario ejusdem Ecclesiæ; & insuper an possit fungi officio Visitatoris, & dicit decisum fuisse negativè, cùm ista esset multùm longa absentia Pœnitentiario, & in magnum detrimentum sui officij, & ministerij, ac pœnitentium: & ideò in ista Ecclesia satis esset abesse per tempus trium mensium à Concilio Canonicis permissum; sed hoc intelligendum, quod non possit frui ista quinque mensium vacatione, quoad Confessiones, & officium Pœnitentiarij, benè tamen poterit ea uti quoad chorum, & officium divinum, sicut cæteri Canonici.

34 Pœnitentiaria potest resignari sicut alia rPæbenda, etiam in favorem alterius, dummodo habeat qualitates requisitas, ut resolvunt Salazar de Mendoza *in d. libello*, §. 5. Ceval. *commun. contra commun. q.*897. *num.*485. ubi *num.* 489. tenet posse etiam super eam imponi pensionem.

35 Præbenda hæc pœnitentialis potest optari, nec Pœnitentiarius potest aliam præbendam optare, quia in ea electa videtur industria personæ: tum quia ubi beneficium requirit certas qualitates, aut examen, si cui indulgetur, ut possit consequi aliam dignitatem, aut beneficium, illud non venit, quod examen, aut qualitates illas requirit, ut ex opt.text.*in cap.fin.de translat. Episcopi*, tum quia cùm siti hujusmodi officio Pœnitentiarij unita præbenda, non potest mutari, sed immobilis remanere debet; tum denique, cùm unio, aut divisio beneficiorum unitorum requirat auctoritatem, & solemnitatem, & justam causam id faciendi, hanc potestatem hominibus privatis, & Pœnitentiariis ipsis tot uniones, vel divisiones ad libitum faciendi, Concilium dedisse non est verosimile. Quare ita resolvunt Navarr. *cons.*22.*sub tit.de præbendis, & dignit. in antiq. & cons.* 14. *sub tit.de rebus Eccles. non alienand. in novis*, Sayr. *in floribus decis. sub illo tit.de præbend. decis.*22. Gilet.*in margarita casuum conscientiæ, verb. Canonicus, pag.*29.*colum.*1. Gonzal.*ad regular.*8.*Cancel. gloss.*34. *num.* 78. *&* 79. Moneta *de optione canon. cap.*3. *q.*5. *num.* 129. Nicol. Garcia *d. part.*5. *cap.*4. *à num.*132. ubi *n.*134. refert decisum, Pœnitentiarium, nec retento, nec dimisso officio, posse optare aliam præbendam, cujus officio fuit perpetuò unitus unus Canonicatus, & certa Præbenda. Unde fuit decisum 11. *Februarij* 1601. Pœnitentiarij præbendam, etiam postquam est effectum sortita, non subjacere optioni, & *in una Vercellen. Junij* 1601. etiam fuit tentum, quod non solum non potest optari præbenda Pœnitentiarij, sed nec titulus, ac Ordo illius, refert Nicol. Garcia *in addit. ad d. cap.*4. *num.*132. & *ibi num.*130.

36 dicit declaratum *in una Lunen.* 6. *Junij* 1592. † erectionem præbendæ Theologi, vel Pœnitentiarij non habere locum in ea, quæ vigore statuti à sequenti Canonico optatur; sed illam præbendam, quam dimiserit Canonicus, qui novissimè optat, huic muneri affectam, & unitam remanere.

37 Pro Regnis Hispaniarum Gregor. XV. *sua Const.* incip. *Supremæ dispositionis*; *sub Dat. Nonis Novembris* 1622. statuit, & ordinavit, quod *ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus, omnes & singuli Canonicatus & Præbendæ Pœnitentiarij quarumcunque Metropolitanarum, seu Cathedralium Ecclesiarum in Regnis Hispaniarum nunc & pro tempore existentium, tam hucusque instituti, quàm deinceps quandocunque pro complemeneo decretorum Apost.instituendi, quotiescunque illos quibusvis modis, & ex quorumcunque personis, etiam Romani Pont. pro tempore existentis, seu quorumvis Cardinalium etiam tunc viventium familiaribus continuis commensalibus, seu Romanæ Curiæ officialibus, aut alias quomodolibet reservationem inducentibus etiam per cessum, etiam permutationis causâ in manibus eorum Ordinariorum, vel decessum (non tamen in Curia, aut apud Sedē prædictam,) seu quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, aut privationem (extra tamen eandem Curiam) seu Religionis ingressum, aut matrimonij contractum ex nunc & pro tempore obtinentium, seu jus in illis, vel ad illos habentium, aut aliàs quibusvis modis (non tamen per obitum apud Sedem prædictam) ac etiam in aliquibus ex mensibus, in quibus beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio Sedi Apostol.etiam per Constitutiones Apostol.& regulas Cancellariæ fuerit reservata, & etiamsi possidentes, vel ad illos jus habentes, familiares Curiæ, ac Sedis prædictæ officiales etiam sub diversis Constitutionibus Pauli II. seu ex quavis alia causa dispositioni Apost. specialiter, vel aliàs generaliter reservati, aut ex generali reservatione Apostol. affecti, seu ad Sedem eandem devoluti existant, per Ordinarios locorum, & capitula dictarum Ecclesiarum, tantum prævio concursu per edictorum affixionem, hoc modo, videlicet in singulis vacationibus Canonicatuum, & præbendarum Pœnitentiariorum hujusmodi edicta proponi, & terminus sexaginta dierum assignari debeat, dictóque termino elapso per Ordinarios & Capitula in præsenti oppositorū ex aliquo libro sorte aperto unum punctum materiarum moralium tradi, & super eo intra viginti quatuor horas singuli oppositores per integram horam, servato tamen inter eos ordine susceptorum graduum in singulis facultatibus publicè legere, & duo alij per aliam horam argumentari; & si tales oppositores in Theologia Magistri, vel Bacchalaurei, aut illius Professores existant, dato eis puncto super Evangelium per horam similiter publicè prædicare, seu concionari debeant, & aliàs in omnibus, & per omnia prout in concursu Præbendarum Magistralium, & Doctoralium fieri consuevit. Quibus peractis ad Canonicatus, & Præbendas Pœnitētiarios vacantes hujusmodi illi duntaxat ex concurrentibus, qui peracto examine cæteris omnibus judicio ipsorum Ordinarij & Capitulorū magis habiles & idonei reperti fuerint, assumi, seu eligi, talesq; assumpti, vel electi, si Canonicatus & Præbendæ vacantes hujusmodi in mense Apostol. vacaverint, aut aliàs ratione personæ, vel loci generaliter, seu specialiter reservati, seu affecti fuerint, intra sex menses à die eorum electionis per Ordinarios, & Capitula hujusmodi faciendæ litteras Apostol.desuper expedire, ac jura Cameræ Apostolicæ, & aliis præterea debita solvere teneantur. Singuli verò tempore electionis hujusmodi in quadragesimo anno, & ultra constituti, atque in sacra Theologia, vel jure Canonico juxta decretorum Concilij Tridentini dispositionem graduati esse, & omnibus diebus ferialibus quilibet, vel in sua Ecclesia, vel in alio loco ei ad hoc per Ordinarium loci, & Capitulum ipsius Ecclesiæ assignando spatio unius horæ publicè Conscientiæ casus legere, & difficultates solvere, necnon Confessiones Sacrame tales omnium utriusque sexus Christi fidelium ad eum accedentium prævia Ordinarij hujusmodi licentia in eadem Ecclesia etiam publicè audire, aliáque omnia & singula, quæ similes Canonici Pœnitentiarij ex præfata Concilij forma & alias facere, exequi, & exercere solent, & debent, similiter facere, exequi, & exercere teneantur. Si tamen inter ipsos concurrentes aliquem adesse contigerit, qui eruditionis, & doctrinæ, aliorúmque meritorum præstantia cæteros omnes concurrentes arbitrio eorumdem Ordinarij, & Capituli longè antecellat, & ætatem quadraginta annorum non attingat, illo non obstante defectu ætatis hujusmodi, dummodo tamen triginta annis major sit, ad Canonicatum & Præbendam Pœnitentiarios hujusmodi per Ordinarium, & Capitulum prædictos, si ita illis ex justis & rationabilibus*

nabilibus causis expedire videbitur, eligere debere & licitè valeat, super quo Ordinarij & Capituli eorumdem Conscientiam onerat. Et quotiescunque ipsi Canonici Pœnitentiarij in hujusmodi oneribus, & functionibus obeundis impediti fuerint juxta ejusdem Concilij decreta, in choro præsentes esse censeantur, sed si eos in ejusdem oneribus, & functionibus adimplendis negligentes, aut remissos esse contigerit, arbitrio suorum Ordinariorum, & Capitulorum mulctari possint, &c.

ALLEGATIO LVI.

Episcopus quibus in Ecclesiis curare debet, ut Theologalis Præbenda, & lectio sacræ Scripturæ habeatur.

SUMMARIUM.

1 *Lectio Sacræ Scripturæ in his Ecclesiis haberi debet, in quibus præbendæ, aut præstimonium pro Lectoribus deputatum reperitur.*

2 *Præbenda Theologalis, ubi ab Episcopo institui debeat, ostenditur.*

3 *Præbenda primò vacatura, ut sit Theologalis, & in Theologalem maneat erecta, requiritur actualis deputatio.*

4 *Electio personæ ad præbendam Theologalem pertinet ad solum Episcopum, si vacet in suo mense ordinario, collatio verò ad illos, ad quos antea pertinebat.*

5 *Præbendæ Theologales in Francia, & in Regnis Coronæ Castellæ, & Legionis per Ordinarios in quocunque mense vacaverint, providentur.*

6 *Theologalis Canonicus quo tempore, & hora, & super qua materia lecturus sit, arbitrio Episcopi relinquitur.*

7 *Theologalis Canonicus vacare potest à lectione tribus mensibus, Julij, Augusti, & Septembris.*

8 *Theologales Canonici diebus, quibus legunt, habendi sunt sicut præsentes in choro, non modò pro illis horis, ut si mane legant pro horis matutinis, & Missa solemni, sed etiam pro tota die.*

9 *Theologalis Canonicus quamvis toto die, quo legit, habeatur pro præsente, non censetur tamen præsens matutino, quod dicitur pro die sequenti in vesperi præcedenti.*

10 *Præbenda Theologalis nec potest optari ab alio, nec præbendatus Theologalis poterit illam dimittere, & aliam optare.*

11 *Oppositum in opposito idem operatur, quod propositum in proposito.*

12 *Theologalis Canonicus, nec retento, nec dimisso officio potest optare aliam præbendam.*

13 *Theologalis Canonicus potest ab Episcopo occupari in suo servitio, & fructus in absentia percipit.*

14 *Theologalis, seu Magistralis præbenda vacans, debet dari in commendam uni Canonico idoneo ejusdem Capituli, donec titularis provideatur.*

15 *Theologalis præbendæ collatio suspendenda est, donec inveniatur Theologus sæcularis, cui fieri possit, & interim fructus omnes tradendi sunt Superiori alicujus Ordinis, qui curet ut aliquis Theologus ex suis Regularibus ibi publicè doceat Sacram Scripturam.*

16 *Lectio sacræ Scripturæ in Monasteriis Monachorum, ubi id commodè fieri potest, haberi debet, ad quod per Episcopum ipsi Regulares compelli possunt.*

17 *Lectio sacræ Scripturæ in Conventibus Regularium potest haberi absque licentia, seu examine Ordinarij.*

18 *Sacram Scripturam docentes in scholis publicis, & discipuli, qui in illis student, privilegiis omnibus de perceptione fructuum præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia fruuntur.*

19 *Absens causâ studij distributiones quotidianas non percipit.*

20 *Absens causâ studij, etiam obtenta licentia à Sede Apostolica, non excusatur ab amissione distributionum quotidianarum.*

21 *Studentes ut percipere possint fructus præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia, litteris operam dare debent in studio generali, seu celebri Universitate.*

22 *Studium generale dicitur illud, quod est erectum, & institutum per Papam, Regem, seu Principem.*

23 *Scholares in Ecclesiis Cathedralibus non gaudent eisdem privilegiis, sicut studentes in studiis publicis, & Academiis.*

24 *Scholasticorum privilegiis non gaudent, qui non student, & scholas non frequentant, nec absentes causâ studij fructus suorum beneficiorum percipiunt.*

25 *Absentes causâ studij possunt percipere fructus suarum præbendarum, etiamsi plusquam duo Canonici sint, dummodo status Ecclesiæ patiatur.*

26 *Studentes jus Canonicum eodem privilegio gaudent, quo Sacræ Scripturæ operam navantes.*

27 *Docentes Sacram Scripturam, vel jus Canonicum, tunc percipiunt fructus præbendarum suarum, cum conducti, seu salariati docent, aut ratione stipendij, seu Cathedræ, quam habent.*

28 *Studiorum causa nullus potest abesse, nisi de licentia sui Prælati, etiamsi quis obtinuerit indultum à Sede Apostolica.*

29 *Ordinarius quibus concurrentibus teneatur dare licentiam Canonicis, aut Beneficiatis curam animarum non habentibus, volentibus facere absentiam causâ studij.*

30 *Parochiales Ecclesias obtinentibus post Concil. Trid. studendi licentia, atque in absentia studiorum causâ fructus percipiendi non datur.*

31 *Licentia ut quis abesse possit causâ studij à servitio suæ Ecclesiæ, vel sui Canonicatus, non suffragatur ultra quinquennium à die quo cœpit studere,*

32 *Docentes jus Canonicum, vel Sacram Scripturam quoad privilegium percipiendi fructus, non habent ullam temporis determinationem, sed eo gaudent quam diu docuerint.*

33 *Docentes non tenentur licentiam obtinere ab Episcopo quoad privilegium percipiendi fructus, sicut studentes.*

34 *Presbyteris, seu alias in Ecclesiastica dignitate constitutis, an liceat Jus Civile publicè legere, necnon ad Cathedras Cæsarei juris in aliqua Universitate se apponere?* & n. 35. 36. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. & 48.

SACRÆ Scripturæ lectio in iis Ecclesiis haberi debet, in quibus præbenda, aut præstimonium, seu aliud quocunque nomine nuncupatum stipendium pro Lectoribus sacræ Scripturæ deputatum reperitur; Episcopis autem incumbit, ut prædictum stipendium habentes munus hoc obire faciant; si verò non possint, utpote quia idonei ad id non sint, per alios suis sumptibus id efficere Episcopus curabit. † In Ecclesiis autem Metropolitanis, vel Cathedralibus, & in Collegiatis, quæ sunt in aliquo insigni

insigni oppido, etiam nullius diœcesis, si ibi Clerus numerosus sit, operam Episcopus dabit, ut lectio prædicta habeatur, & pro stipendio Theologi, qui sacram Scripturam doceat, si nihil sit præscriptum, ei Præbenda primò liberè vacans tribuatur, & si nulla, vel sufficiens aliud adsit, Episcopus fructus alicujus simplicis beneficii assignabit; vel si neque hac ratione huic Theologo provideri possit, tunc per eos, qui beneficia habent in civitate, & diœcesi, vel aliàs, ut commodiùs fieri poterit, Episcopus de Capituli consilio huic providebit; non tamen ob hanc alia lectio omitti debet, sed & ea habenda, si haberi consueverat: ita habetur in Concil. Trident. *sess. de reform. c.* 1. de cujus materia & intellectu vide Fusch. *de visitat. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 11. & 12. Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verb. Præbenda Theologalis*, Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *c.* 4. *n.* 130. *cum seq.* Monet. *de distrib. quotid. p.* 2. *q.* 10. *& de commut. ult. volunt. c.* 10 *n.* 191. *cum seq.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 175. *& in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 101. *p.* 4. Homobon. de Bonis *de humanæ vitæ statibus, p.* 1. *c.* 11. *in princ. & c.* 12.

3 Hujusmodi Præbenda primò vacatura, ut sit Theologalis, & in Theologalem maneat erecta, requiritur actualis deputatio, ut decisum refert Nicol. Garcia *de benefic. part.* 5. *c.* 4 *n.* 155. Electio personæ ad hujusmodi Præbendam Theologalem pertinet ad solum Episcopum, collatio verò ad illos, ad quos antea spectabat: ita resolutum fuisse testantur Nicol. Garc. *d. c* 4. *n.* 162. & Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 9. §. 2. *n.* 83.

4 Intellige procedere † quando talis præbenda vacaret in mense ordinario, nam si vacaret in mense Apostolico, vel aliàs esset reservata, seu affecta, electio personæ, & collatio spectaret ad Papam, sicut dictum est de Pœnitentiaria, *Alleg. præced. n.* 11. Ita Nicol. Garc. *d. c.* 4 *n.* 164. Gonzal. *ubi proximè.* quamvis Zerola *in praxi Episc. part.* 1. *verb. beneficium*, §. 3. *dubio* 4. *& verb. Præbenda Theologalis*, §. 4. teneat

5 † electionem ad Ordinarium semper spectare; quod quidem in Regnis Coronæ Castellæ, & Legionis servari magis videtur, ubi in omnibus Ecclesiis Cathedralibus & in nonnullis Collegiatis, Canonicatus, & Præbendæ Theologales lectionis sacræ Scripturæ providentur ab Episcopis per concursum in quibuscunque mensibus vacent indifferenter, ac si essent Præbendæ Doctorales, & Magistrales, & non conferuntur à Sede Apostolica, sicut cætera Beneficia, & referunt Gonzal. *dict.* § 2. *n.* 86. Nicol. Garc. *d. c.* 4. *n.* 165. qui *n.* 161. *versic. tertia*, dicit decisum fuisse, suprad ct procedere etiam in Ecclesiis Collegiatis, quarum præbendæ sunt de Iurepatronatus laïcorum, quia etiam tunc deputanda est prima præbenda vacatura, concurrentibus omnibus requisitis; persona tamen non erit nominanda ante vacationem, qua occurrente ejus electio ad Episcopum, si in suo mense ordinatio contingat, pertinebit; collatio verò ad quem legitimè spectabat ante prædictam deputationem. Quomodo autem sint providendi Canonicatus & Præbendæ Magistrales, & Doctorales in Regnis Castellæ & Legionis, vide Bullas Sixti IV. Innocentii VIII. & Leonis X, & demùm S.D.N. Vrbani Papæ VIII. *in fine operis*, *constit.* 71. In regno etiam Franciæ Canonicatus Theologalis est semper providendus per Ordinarium & Capitulum uni Theologo in quocumque mense vacaverit, ut sancitur *in rubric. de collation* § 1. & *ibi* Rebuffus *verb. Theologalem, & verb. teneantur*, refert Gonzal. *gloss.* 9. §. 2. *n.* 17.

6 Arbitrio Episcopi relinquitur, quo tempore, & hora & super qua materia Theologalis Canonicus lecturus sit, qui Concilio satisfaciet si Theologiam Scholasticam legerit, à cujus lectione tribus mensibus, Iulii,

7 Augusti, & Septembris vacare potest. Ita decisum referunt Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *n.* 156. & 157. Gallet. *in margarita casuum conscientiæ*, *verb. legere* 2. me citato *in hoc loco*, Alzedo *d. p.* 2. *c.* 9. *n.* 42.

8 Dum in Ecclesiis hujusmodi Canonici legerint, quamvis à servitio chori absentes sint, possunt de jure fructus percipere suorum Canonicatuum, exceptis quotidianis distributionibus: ex gratia tamen diebus, quibus legunt, habendi sunt sicut præsentes in choro & inservientes, non modò pro illis horis, ut si mane legant, pro horis matutinis, & Missa solemni, sed etiam pro tota die. Ita decisum *à Sacra Congregat.* referunt Piasec. *in praxi nova Episcop. part.* 2. *c.* 3. *n.* 9. *vers. similiter*, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. n.* 180. Nicol. Garcia *de benefic. part.* 3. *c.* 2. *n.* 118. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ lib.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. §. 2. *de residentia, n.* 68. Moneta *de distribut. quotidian. part.* 2. *q.* 10. *n.* 27. Aloys. Ricc. *in praxi Ecclesiast. decis.* 495. & 498. *in prima editione, & resolut.* 386. *n.* 6. *& resolut.* 589. *n.* 6. *in secunda editione.* Bonacin. *de horis Canon. disp.* 2. *q.* 5. *puncto* 3. §. 6. me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *in opere morali, tract.* 7. *disp.* 3. §. 6. *n.* 1 & novissimè Ioan. à Solorzano *tom.* 2. *de Iure Indiarum, lib.* 3. *c.* 14. *n.* 33. 34. & 35. Trullench. *in exposit. Decalogi, lib.* 1. *c.* 8. *dub.* 12. §. 6. *num.* 1. Et

9 † quamvis toto die, quo legit, habeatur pro præsente in choro, etiam quoad distributiones, non censetur tamen præsens matutino, quod dicitur pro die sequenti in vesperè præcedenti, secundùm consuetudinem aliquarum Ecclesiarum, prout resolutum dicunt Garc. *d. cap.* 2. *n.* 118. Armendar. *d. loco, n.* 70. Gallet. *in margarita casuum conscientiæ*, *verb. Canonicus, pag.* 29. Nald. *verb. distributiones, num.* 9. Bonacina *de horis Canon. disp.* 2. *q.* 5. *punct.* 3. §. 6. me citato *in hoc loco*, Sanctarell. *d. q.* 11. *n.* 15. Castr. Palao *dict.* §. 6. *n.* 1. *in fine*, Trullench. *d.* §. 6. *n.* 1.

10 Præbenda, quæ fuit erecta, & deputata in Theologalem pro Theologo, à sequenti Canonico optari non potest, ut decisum referunt Moneta *de optione Canon. c.* 3. *q.* 6. *n.* 129. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 34. *n.* 80. ubi *n.* 81. resolvit, † quod sicut Theologalis

11 præbenda non potest ab alio optari, ita nec præbendatus Theologalis poterit illam dimittere, & aliam optare, ut decisum fuit *in una Astensi*, 26. *Februarii* 1601. prout refert Nicol. Garc. *in addit. d. c.* 4. *n.* 134. quia idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, *l. etsi contra tabulas* 35. *ff. de vulgari & pupillari substit. l fin de legat.* 1. cum citatis *in libello de principis utriusque juris, litt. O, n.* 13. Inteligendo cum declarationibus suprà adductis *allegatione præcedenti*, circa optionem Pœnitentialis præbendæ.

12 Et sic quod Canonicus Theologalis, nec retento, nec dimisso officio potest optare aliam præbendam, censuit *Rota in una Lucana optionis domus*, 24. *Ianuarii* 1067. coram *D. Patriarcha Manzanedo*, quamvis contrariæ sententiæ libentiùs adhæreat Moneta *de optione Canon. c.* 4. *q.* 1. *à n.* 11. dicens melioribus niti rationibus, & servatam audiri Mediolani in Ecclesia Sancti Nazarii, in qua qui priùs Theologalem præbendam obtinebat, aliam optavit, ea simul cum onere & officio legendi dimissa, quæ deinde alteri fuit: & deinde *in d. Lucana optionis domus*, etiam resolutum fuit, quod facta erectione præbendæ vacantis in Theologalem cum applicatione domus quæ simul cum ea vacavit, non potuit postea talis domus optari ab alio virtute consuetudinis, & statuti optandi tam præbendas, quàm domus, vigentis in dicta Ecclesia, &c. quæ resolutio fuit postea confirmata in eadem coram eodem, 13. *Martii* 1609.

13 Cùm Episcopus queat in suo servitio occupare duos Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, ut fructus in absentia percipiant, *cap. de cætero, c ad audientiam. de clericis non residentibus*, Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 1.

n. 149

*n.*149. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.*3. *c.*2.*n.*28. Hieron. Venero *in exam. Episc. lib.*4. *c.*40. *n.*2.me citato *in hoc loco*, Alzed.*de præcellent. Episc. dignit.p.*1.*c.*5.*n.*127. poterit etiam occupare Canonicatum Doctoralem,& Magistralem, ut fuit resolutum *in Placentina fructuum*,14.*Martii* 1550.teste Put.*decis.*294.*lib.*3. quem refert Gonzal.*ad reg.*8. *Cancell. gloss.*6.*n.*257.

14 Vacante Magistrali, seu Theologali præbenda, debet illa dari in commendam uni Canonico idoneo ejusdem Capituli, donec titularis provideatur, ut resolvit Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloss.*5. §.8. *n.*36. †

15 Quando verò sæcularis clericus non reperitur tam pro Theologali præbenda,quàm pro ejus officio exequendo,collatio illius suspendenda est,donec inveniatur Theologus sæcularis, cui fieri possit; & interim nullus est deputandus custos,aut curator fructuum ipsius præbendæ, sed illi omnes tradendi sunt Superiori alicujus Ordinis,qui curet ut aliquis Theologus ex suis Regularibus publicè in Cathedrali Ecclesia doceat sacram Scripturam, prout mandatur Decreto Concilij *dict.c.*1. atque in primis necessaria subministret de prædictis fructibus,& quod reliquum fuerit in usum Monasterii convertat: resolutum refert Zerola *in praxi Episc.part.*1 *verb prabenda Theologalis*,§. 5. *& in* §.2 dicit etiam decisum,quod ubi viget consuetudo, quod detur à Capitulo stipendium proprio Theologo, ea servanda est, quod si illud etiam poterit Theologum reddere diligentiorem in sui muneris functione, triennium ejus conductionis Ordinarius unà cum Capitulo præfinire debet.

16 In Monasteriis Monachorum,ubi id commodè fieri potest, sacræ Scripturæ lectio haberi debet, ut probat Concil. Trid.*d.cap.*1.*vers. in Monasteriis*,Fusch. *de visitat. lib.*2. *cap.*15. *num.*73. quapropter poterit Episcopus Regulares suæ diœcesis, uti à Sede Apostolica delegatus,compellere, ut lectionem sacræ Scripturæ in Monasteriis suis habeant.Ita resolvunt Franc. Leo *in thesauro fori Eccles.part.*2.*c.*2.*n.*59.Campanil. *in diversor.Iuris Canon.rub.*12.*c.*13. *num.*5.me citato *in hoc loco*, Novar.*in lucerna Regular.verb.lectio,n.*5. Piasec.*in praxi nova Episcop.p.*2.*c.*3.*n.*41. *vers.item*, ubi etiam refert Paulum V.felicis recordationis ordinasse, ut in omnibus Regularium domibus, seu Monasteriis, lectio linguarum Hebraïcæ, Græcæ,Latinæ, & Arabicæ habeatur, & à Regularibus diligenter addiscatur,Constitut. sua incip.*Apostolica servitutis,an-*

17 *no* 1610.*Kalendis Augusti.* † Ad illam lectionem sacræ Scripturæ in Conventibus Regularium habendam non requiritur licentia, seu examen Ordinarii, prout refert decisum Galet. *in margarita casuum conscientiæ,verb.legere,& verb.licentia* 3.Hæc sunt quæ veluti frequentiora de Theologalis præbendæ institutione, & collatione adducere in præsentiarum operæ prætium duxi,quorum occasione opportunum judicavi, ut aliqua de docentibus, vel studentibus sacram Scripturam in studio generali,seu celebri Vniversitate hîc adducerem,quæ pro complemento *hujus Alleg.*& faciliori Decreti Concilii Trid. *in d.c.*1.explicatione, sequuntur.

18 Docentes sacram Scripturam in Scholis publicis,& discipuli, qui in illis student, privilegiis omnibus de perceptione fructuum præbendarum,& beneficiorum suorum in absentia à Iure communi concessis plenè gaudent,& fruuntur. Ita disponit Conc.Trid.*d.cap.*1. *in fine*, id quod jure communi cautum fuit *in cap.ult. de magistris*,ibi,*docentes verò*,&c.ubi Abb.Rebuff.*in praxi,tit.de dispensat.de non resid.n.*25. *& in tract.de privileg. Scholar. privileg.*29.*&* 31. Horat.Lut. *eod. tract.privileg.*99.*&* 100. Fr. Emmán.*in sum.tom.*1. *c.*33.*n* 2.*& tom.*2.*c.*36.*n.*2.*& in addit.ad Bullam Cruciatæ c.*7.*ad conclus.n.*27.Nicol.Garc.*d.cap.*2.*num.*54. Vega *part.*1.*c.*36.*casu* 41. Fusch.*de visitat.lib.*2.*c.*9. *num.*10. Petr. Lesnaud.*in tract.de privileg. Doct.p.*2. §.22.Iacob. Ben.*in tract.de privil.Iurisconsult.part.*1. *privil.*15.*n.*1. Carol. de Grassis *in tract. de effectibus cleric.in prælud.à n.*106. Ugolin. *de officio, & potest. Episcopi c.*19.*in princ.num.*6. *& c.*43.§.2. Azor.*inst. moral.part.*2.*lib.*7.*c.*4.*quæst.*3.*& cap.*5.*q.*1.*&* 8. Gonzal.*ad reg* 8.*Cancell.*§ 7.*proœm.n.*180. Aloys. Ricc.*in collect. decis.*446. Alex. Moneta *de distribut. quotid. p.*2.*q.*10 *à princip.*Sanctarel.*var.resol.q.*3.*à n.*9. novissimè Ioan.de Solorzano *d.lib.*3.*c.*14 *n.*26. Nam, ut inquit Iacobus Bennius *in tract.de privil.Iurisconf. p.*1.*privil.*15.*n.*6.*in fine*,non minus servire dicitur Ecclesiæ qui studet, vel docet, quàm cæteri Divinis interessentes. Cui convenit Horat. Lut. *d. privil. Scholar.privil.*110.*post princip.*dum inquit,quod Iuris interpretatione abesse non videtur, qui docet in Scholis,me citato *in hoc loco*, Trullench. *in exposit. Decalogi,lib.*1.*c.*8.*dub.*12.§.9.*à princip.*

Distributionis tamen quotidianas non percipit absens causâ studii,ut probat *c.licèt,de præbendis*,ibi,*Nolumus tamen, ut quotidianas distributiones,quæ tantum residentibus in Ecclesiis, & his qui interfunt horis Canonicis,exhibentur, ei tribui faciatis*,ut *ibi* adnotarunt gloss. Abb.& alii Doctores,alia gloss.*verb.integrè,in d. cap.ultim.*& hoc procedit etiam post Concil.Trident. quòd nihil circa hoc innovavit: & ita decisum fuisse referunt Ioan.Gutier.*canon.lib.*2.*c.*15.*n.*12 Zerola *in praxi Episcop.part.*1.*verb. distributiones quotidianæ*, §.3.Gonzalez *d* §.7.*proœm.à num.*78.Garcia *d.cap.*4. *num.*112. Sandov.*de officio Eccles.part.*6.*c.*17. Quaranta *in summa Bullarii,verb.residentia,vers.quod autem*, Moneta *d.c.*10. *n.*23. Stephan. Gratian.*discept. forens.c.*166.*n.*17.Vgolin.*d.c.*19.§.2.*n.*6.Armend.*dict. loco,n.*67. Aloys. Ricc.*in praxi fori Eccles. dec.*495. *in* 1.*edit. & resol.*386.*n.*3. *in* 2.*edit.* me citato *in hoc loco*, novissimè Ioan. de Solorzano *in tract. de jure Indiar.tom.*2. *lib.*3.*cap.*14. *num.*21. &c. Castr. Palao *dict.*§.9.*num.*13.*in fine*, me citato Trullench.*d.*§.9.*in princ.*

Qui enim studiorum causâ quacunque facultate absunt, nec distributiones quotidianas eo ipso absentiæ tempore, nec etiam illam præbendæ suæ partem tertiam in ejus generis distributiones Trident.Decreti auctoritate jam conversam capere possunt: referunt decisum Aloys.Ricc.*d.resolut.*486.*n.*3.*in fine.* Moneta *d.n.*24.itaut absentia causâ studiorum,etiam obtenta licentia à Sede Apostol. non excuset ab amissione istius tertiæ partis detractæ, sicut neque excusat ab amissione distributionum quotidianarum: ita etiam Armendar.*d.loco,n.*123. Gonzal.*d.*§.7.*proœm.n.*189. Et advertit Aloys. Ricc.*in praxi aurea, resol.*70. *n.*3. quod quando præbenda est tenuis, & ferè omnes fructus consistunt in distributionibus,absens causâ studii lucratur etiam distributiones, dempta tertia parte. Idem circa hanc tertiam partem distributionum detrahendam tenent Piasec. *in praxi Episcop. p.*1.*c.*3.*n.* 10. Nicol. Garc. *in addit. ad d. c.*2.*n.*353. Quicquid aliud velit novissimè Ioan. de Solorzano *d.lib.*3.*c.*14. *num.*28.

Debent hujusmodi studentes ad percipiendos fructus præbendarum,& beneficiorum suorum in absentia litteris operam dare in studio generali, seu celebri Vniversitate, *c.tua, de clericis non resid.c.*2. *de privil. in* 6.Læl.Zecch.*de Republ.Eccles.tit.de cleric.num.*7. *vers.*28. Horat. Lut.*ad fin. tract.de privil. schol.tit.de his qui gaudent privilegiis scholarium,num.* 23.Flores de Mena *var.lib.*3.*q.*24.*num.*19.me citato *in hoc loco*, Castr.Palao *in opere moral.tr.*7.*disp.*3.*punct.*5.*§.*9.*n.*1. & Trullench.*d.*§.9.*n.*3.†Et studium generale illud dicitur,quod est erectum,& institutum per Papam, Regem,seu Principem,Perez *l.*1.*tit.*10.*lib.*1.*Ordin.*Chassan.*in Catalog.gloriæ mundi,p.*10.*consid.*32.Hortig.*in patrocinio pro Cæsaraugust.gymnasio,p.*1.*à n.*10.*& p.*3. *num.*2.

*n.*2.me citato *in hoc loc.*Solorz.*d.l.*3.*c.*14.*n.*36. Undè non sufficit studium,quod non est Universitas,quamvis in eo optimè legatur,& publicè cuicunque audire volenti,quicquid dicat Moneta *d.q.*10.*n.*17.

23 Hinc etiam Scholares in Ecclesiis Cathedralibus non gaudent eisdem privilegiis,sicut studentes in studiis publicis, & Academiis, prout decisum referunt Nicol.Garcia *d.cap.n.*117.Armendar.*d. loco,n.*124. me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *d.* §. 9. *num.* 1. *in fine.*

24 In studiis autem publicis litteris operam dantes debent summa diligentia illis incumbere;otiosi enim, qui non student, & scholas minimè frequentant,non gaudent privilegiis Scholasticorum,nec absentes causâ studii fructus suorum beneficiorum percipiũt,juxta resoluta per Tiraquell. *in tract. cessante causa*, *p.*1. *num.*213.Mascard.*in probat.concl.*1290.*n.*4. *n.*9. *cum sequentib.*me citato *in hoc loco*, Castr.Palao *dict.* §.9. *n.*5. Fr. Emman. *quæst. regul tom.*1. *quæst.* 9. *art.*10. Prosper.de Augustino *in addit.ad Quarantam,in summa Bullarii,verb.residentia,vers.limita,pag.*443.San-
25 ctarel.*var.resol.q.*3.*n.*16.† Hoc tamen privilegio gaudebunt studentes, licèt aliquando divertant ad Curiâ Romanam, neque semper studeant, modò id faciant pro majori parte anni,Moneta *d.q.*10.*n.*19.*&* *n.*20. resolvit numerum Canonicorum, qui absentes causa studii percipere possunt fructus præbendarum, non esse indistinctè restringentem ad duos Canonicos,sed posse ad plures extendi, modò id status Ecclesiæ patiatur.

26 Quamvis Concil.Trident.*d.cap.*1. prædictum privilegium Scholaribus sacræ scripturæ studentibus concedere videatur,idem tamen est in studẽte,vel docente sacros Canones,& Ius Canonicum,ut per Abb. *in cap.tua fraternitatis,n.*5. *&* 6.*de cleric. non resid.* me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *d.* §. 9. *num.*3. & Trullench.*dict.*§.9.*num.*4.Nicol.Garc.*d.cap.*2.*n.*65. Moneta *d.c.*10.*num.*4.& *n.*21.resolvit clericum,qui abest causâ studii in Iure Civili, percipere fructus in absentia, dummodo non sit Sacerdos,Archidiaconus,Decanus,Præpositus,Cantor,vel Personatum habens;nam his prohibitum est sub pœna excommunicationis ipso facto Leges,& Physicam audire, ut habetur *in c.fin.ne clerici,vel Monachi*,Carol.de Grassis *de effectib.cleric.effectu* 29.*à n.*1.quare super hoc erit ab hujusmodi clerico impetrandum speciale privilegium. Et redeundo ad nostrum institutum dico,quod ex eo prædictum privilegium Scholaribus sacræ Scripturæ studentibus concessum procedit in studentibus Iuri Canonico,quia hodie ad Ecclesiam bene regendam non minus prodest Ius Canonicum,quàm Theologia.Iacob. Benn.*in tract. de privileg. Iurisconsult. privil.*15.*n.*4 *p.*1.Carol.de Grassis *de effect. cleric. in prælud.n.*95.*cum seqq.*

27 Quoad docentes verò id videtur intelligendum de iis,qui docent conducti, seu salariati, aut ratione stipendii,seu Cathedræ, quam habent, non verò de iis,qui sponte, aut voluntariè legunt sine stipendio, & Cathedra,nisi legant cum licentia Universitatis, seu claustri,sive Collegii Doctorum; *nam in d.cap.ult.de Magistris*,& in Concil.*d.c.*1.solùm requiritur,quod publicè in scholis doceant,seu legant, & ne quilibet hoc titulo velit se à residentia excusare, requiritur licentia Vniversitatis,seu claustri, quæ non debet dari nisi iis,qui apti,& utiles videantur ad docendum:ita refert decisum Garcia *d.c.*2.*n.*59.*&* 60. me citato *in hoc loco*,Castr.Palao *d* §.9.*n.*2.

28 Nullus studiorum causa potest abesse, nisi de licentia sui Prælati,*c. cùm ex eo,de elect. in* 6. *cap. tua fraternitatis,de clericis non resid.*ibi:*Canonici,in quibus studiorum gratia est indultum, ut in absentia sua fructus percipiant præbendarum*, juxta primum intellectum quem affert *ibi gloss.*1. *verb. indultum*;hoc est indultum ab Episcopo,vel etiam in iis verbis sequentibus,accepta licentia, se ad villas transferunt, juxta secundum intellectum ejusdem gloss.*ibi*,juncta expositione Abb.*ibidem*, & aliorum *ad verb. accepta licentia* quasi licentia sit accipienda etiam à Prælato, cum quis ea de re indultum obtinuit à Sede Apostol.hujusmodi enim licentia Prælati requiritur,ne indociles,& inepti se conferrent ad studia contra mentem Iurium id permittentium, ne multitudo nimia in detrimentum,& diminutionem servitii Ecclesiæ absit: & ita post multos,quos refert,& resolvit Nicol.Garc. *dict.c.*2.*n.*88.quem refert me citato *in hoc loco*, Castr.Pal.*d.*§.9.*n.*7.*vers.nihilominus*,& declaravit Pius IV. *sua Constit. incip. Sanctissimus,die* 24. *Novemb.* 1564.† dispensationes,& indulta de percipiendis fructibus præbendarum,& beneficiorũ in absentia causâ 29
studii,quæ à sacra Pœnitentiaria, vel Sede Apostol. concedi,& emanare contigerint,nequaquã hujusmodi absentibus suffragari, nisi singulorum Ordinariorum locorum,in quibus singula beneficia hujusmodi consistunt, consensus gratis præstandus ad id accedat,refert Moneta *d.q.*10.*n.*9. Unde in Canonicatibus, & aliis beneficiis non Curatis residentiã requirentibus tenebitur Ordinarius dare licentiã absentibus ratione studii,dummodo in petentibus concurrant requisita,de quibus *suprà*,ac ut in publico, celebrique gymnasio Theologiæ, vel sacris Canonibus studeant, & minores sint 30. annis,prout decisum referunt Sanctarel.*d q.*3.*n.*23.Garc.*d.c.*2.*n.*82. *&* 86. Armend. *in addit.ad Recop.legum Navarræ*, *lib.*3. *tit.*23. *l.*2. §.2.*de absentia,n.*121.me citato *in hoc loco*,Trullench. *d.*§.9.*n.*3.*post princip.*

Obtinentibus tamen Parochiales Ecclesias post 30
Concil.Trident.studendi licentiam,atque in absentia studiorum causâ fructus percipiendi non dari, decisũ referunt post Gonzal.Prosp.de Augustino *in addit.ad Quarantam,verb.residentia,vers. item limita*, Farin. *dec.*29.*in noviss.*Aloys. Ricc.*in collect.dec.p.*3.*collect.* 563.*in med.& in praxi fori Eccl.dec.*502. *in fin.in* 1. *edit.& resol.*393.*in fin.in* 2. *edit. item & dec.*364. *& resol.*310.*n.*1.*in fine,in* 2. *edit.* me citato *in hoc loco*, Trullench.*d.*§.9.*n.*3.*vers.obtinentibus*, & constitutum est in Concil Brachar. IV. *act.*4 *cap.*9. Ideo Parocho causâ studiorum licentia hodie danda non est, quia per Concil. non admittuntur,nisi qui per concursum magis idonei fuerint judicati:referunt decisum Garc. *d.cap.*2.*n.*81.Armend.*d.loco,n.*122. & ita praxis Curiæ Romanæ observat. Quamvis posse Ordinarium Parocho studere volenti hanc licentiam concedere, non obstante Tridentino,existimarint Selv Nav. Horat.Lut.Tolet.Greg de Valent. Salzedo, Fr. Emman. Anton.Gomez Zerol.Less.Azor.& alii,quos refert,& sequi videtur Castr.Palao *d.*§.9.*n.*9.

Licentia hæc, ut quis abesse possit causâ studii à 31
servitio suæ Ecclesiæ,vel sui Canonicatus, non suffragatur ultra quinquennium à die, quo cœpit studere, prout de jure probat text.*in d.c.ult. de Magistris*, & ex eo tradunt Garc.*d.c.*2.*n.*105.me citato *in hoc loco*, Castr.Palao *d.*§.9.*n.*11. Moneta *d.q.*10. *num.*14. ubi *n.*15.nititur respondere ad text.*in c.ex eo,de elect. in* 6.quo attento videtur extendi ad septennium:referunt decisum Salzed, *ad Bernardum in pract crimin.c.*33. incip.*In nullo beneficio resident.* Armend. *dicto loco, n.*99 *&* 102.

Sed id referendum non est ad docentes; nam ipsi 32
quoad privilegium percipiendi fructus non habent ullam temporis determinationem, sed eo gaudent quãdiu docuerint,ut patet ex Concil.Trid.*d.c.*1.*& ex d. c.ult.de Magistr.*ubi Abb.*n.*4.*&* 5.quem refert, & sequitur Monet.*d.q.*10.*n.*10.me citato *in hoc loco*,Castr. 33
Palao *d.*§.9.*n.*11.† Nec etiam in docentibus requiritur licentia Episcopi, sicut in studentibus, prout ibi decisum fuisse refert Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.*559.

ad quartum, me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *d. pun.9. n.4. in fine.*

34 Quæstio est dubia, an Presbyteris, seu aliis in Ecclesiastica dignitate constitutis liceat Ius Civile publicè legere, necnon ad Cathedras Cæsarei Iuris in aliqua Vniversitate se opponere: Olim Vallisoleti hac de re fuit multum disceptatum. Pro negativa allegabatur text.*in c.non magnoperè,ne clerici,vel monachi*, ubi expressè Religiosis prohibetur ne Leges,vel Physicam legant, citabatur etiam text. *in c. super specula, de privil.* ubi Honorius III. firmiter interdicit,& inhibet,ne Parisiis,vel in civitatibus,seu aliis locis vicinis, quisquam docere,vel audire Ius Civile præsumat, ex quo tex.colligunt Rebuff. *in tract.nominat.quæst.5. num.18. cum seqq.* Menoch. *de arbitr.cas.425. n.33.* prohibitum esse in Presbyterali Ordine, seu dignitate Ecclesiastica constitutis non solùm audire,sed etiam publicè Leges interpretari, & docere. Deinde pro hac parte adducitur *l.culpa, C.de malefic.& mathem.* ibi,*Culpa similis est tam prohibita discere,quàm docere*,juncta *l.omnes*,ibi,*vel docere,vel discere,C.de hæreticis*.Denique plures ad hoc comprobandum adducũtur rationes. *Prima*, quæ colligitur ex *d.c.non magnopere*,ibi,*ne occasione scientiæ spirituales viri mundanis rursus actionibus involvantur*, &c.& ex *d.c.super specula*,ibi,*quia Theologiæ studium cupimus ampliari*,&c. *Secunda* ex indecentia,quæ hinc oritur,ponderata *l.repetit,C.de Episcop. & clér.& l. consulta divalia,C.de testam.*ibi,*absurdum clericis est, imò etiam opprobriosum, si peritos se velint ostendere disceptationum esse forensium.*Quare hanc partem sustinere videntur Ioan. Monach.*in c.1.n.5. ne clerici,vel monachi,lib.6.* Majol.*de irregul. lib.2.c.1.n.13.* Sylvest.*in sum. verb.excommunicatio 9.n.26.*Quintil.Mandos.*in praxi,tit.licentia audiendi leges & physicam,vers.Idem Honorius*, ubi firmat quod Monachi professi & Presbyteri, ac alii suprà nominati Leges audire prohibentur,illasque aliis publicè legere, & declarare.

35 Contrarium verò, imò docere publicè Leges esse licitum Presbyteris, illisque nullibi reperiri prohibitum,videntur insinuare gloss.*in d.c.non magnopere,notab.*1.dum ex illo text.colligit auditum tantum prohiberi,& nihil de prohibitione doctrinæ adjicit: de auditu etiam tantummodò summavit Host.*in princ.*ibi, sic dicens,*prohibetur ne Religiosi leges, vel physicam audiant*; sequuntur per eadem ferè verba loquentes Ioan.And,Henric. Boich.Collectar.Cardin. Zabarel. Anchar. Anton. de Butrio, Abb.Panorm. & Boëtius Epon.Frisius, & ita habetur in summario ejusdẽ text. Idem probant gloss.& omnes *in d.c.super specula,fin.* ubi auditu tantùm acceperunt,& summaverunt illum textum,gloss.etiam *in c.1.notab.1.eod.tit.lib.6.*Host.*in sua sum. tit. ne cleric. vel monachi,n.11.vers.& Religiosi, & tit. de sentent. excomm. §. quis possit excommunicare,vers.22.& 23.*Greg.Lop. & Montalv.*l.28. tit.7.p.1.& in l.2.tit.9. p.1.vers.la onzena*, Gambar. *de auctoritate Legati lib.2.tit.de variis Ordin.nomin. n.282.cum seqq.* Selva *de benefic. part.3.q.5.fol.194.* Ludovic.Gom.*ad reg.de non tollendo jure quæsito,q.3. in fine*, Petr. Greg. *syntag.Iuris part.2.cap.7.num fin. & cap.9.in fine, & in partit. Iuris Canon. lib.4.tit.8. cap.10.num.3.* Bernard. Diaz *in praxi,cap.59.*Majol. *de irregul.lib.3. cap.5.num.8.* Zerol.*in praxi Episcop. part.1.verb.studium,§ ad 5.el 1.vers. primum dubium*, Albert. Trot.*de vero, & perfecto clerico, lib.2.cap.35.* Marta *de jurisd. part.4. casu* 168. *n.2.* Ex Theologis S. Antonin. *in sum. tom.3. tit.24. c.52.* Sum. Armil. *verb. excommunicatio* 48. Cajetan. *eod. verb. cap.50.* Alvar.Pelag *de planctu Ecclesiæ lib.2.c.69.coll.22.fol. mihi* 199.Læl. Zecch.*de Republ.Eccles.tit.de clericis, vers.3.num.88. & tit. de Relig. ingred.cap.4.vers. ii verò à multis cavere debent*, Vivald. *in candel. aureo, in tract. de excommun. num.132. vers.6.* Crespet. *in sum. Ecclesiastica disciplinæ, verb. Monachus interdicitur, pag.627.* Fr. Ludov. Lopez *in instruct. Conscient.tit.de Clavibus Eccles.c.20. de excommun.nulli reservatis, pag.944.* Fr. Emman. *quæst. Regul.tom.3. q.67. art.3.*

Et magis in terminis Ioan. Andr. *in reg. cum quid una via, de regul. Iuris in 6.*ubi post longam disputationem,& responsionem ad omnia argumenta, concludit circa fin. quod doctrina Legum non est prohibita, & quod sic de Iure communi etiam sine privilegio posset Presbyter doctorari,& docere: nec esse simile ait quod dicitur de patrocinando in Iure Civili; quia illud specialiter, & expressè invenitur prohibitum, docere verò Ius Civile minimè. 36

Gasp.Calderin.*consil.2.magist.inter consilia Ioannis Calder.* ait non obstare opinionem eorum, qui dicunt Religiosos non posse etiam privatim incumbere studio Iuris Civilis; quia illud procedit in eo, qui de novo incipit studere,non in eo, qui studuit ante Monachatum & post Monachatum, & dignitatem Abbatialem vult licentiari, & doctorari in Iure Civili. 37

Abb. Panormit.*in d.cap. super specula,ex n.16.* ita ait: *Concludo quod c.non magnopere,& istud solùm loquuntur in audientibus, seu studentibus addiscendo, & isti sunt, qui incurrunt pœnas prædictas; legentes autem idest,docentes,non puto incurrere has pœnas, nec etiam illos, qui non student ut addiscant, quia verba conveniunt, & à verbis Constitutionis pœnalis non est recedendum*, &c. 38

Boërius Epon Frisius *in lib.4. quæstionum heroïcarum Iuris Canon.ubi scripsit commentaria ad tit.ne clerici, vel mon. in lectura ad dict. cap. non magnopere, num.27.* ibi: *Ad legendas leges,& paulò post, legesve mundanas legendas. Legendas, id est, audiendas: auditores enim quoque legunt & relegunt audita. Sic præter interpretes alios hæc Alexandri III. verba bini Pontifices interpretantur, Honorius III. videlicet, & Bonifacius VIII. ubi pro legere (quod hic ponitur obscurius) ipsi ponunt audire.Serviunt hæc ad varias quæstiunculas de Monacho, vel alio clerico studere Civilibus legibus prohibito dissolvendas, ut exempli gratia qui non audiat quidem profitentes Doctores, at per sese studeat,ac leges Civiles legat, relegatque; tametsi pro studio suo principali, sit-ne videlicet ob tale studium censendus anathemate per hujus c.decisionem percussus: quia cum Constitutiones pœnales strictam recipiant interpretationem,nec ab ipsis earundem verbis,& quidem syllabis recedendum sit, ut proprium casum non excedant, quantumlibet fortè ratio videretur eadem, proprius est ut hæc excommunicatio non tangat. Quemadmodum nec illos tangit Monachos, vel Clericos, qui leges Civiles vel privatim, vel etiam publicè docere aggrederentur.* 39

Navarrus vir quidem pius, & doctus *in man.c.27. n.116.*ait quod nemo ex contentis *in d.cap.super specula*, incurrit pœnam illius text. eo quòd doceat Ius Civile etiam extra domum suam, juxta Innoc.& Panorm. quicquid dicat Sylvest. &c. Et *in c. non dicati: n.2.vers. tertiò dico*, ibi: *Iure verius esse contrarium ejus,quod Rebuffus ait, nempe quia sola auditio publica,& studium audientiam publicè vetatur Monachis, sed non auditio privata, nec prælectio, seu (ut ita dicam) doctio publica, ut efficaciter probat Panorm. in d.c.super specula per contextum illius,adjuncto contextu c. non magnoperè, quod solidè confirmatur per prædictam determinationem* Calderini *d. cons.2. de Magistris*,&c.& *cons.2. ne clerici,vel mon.* ait, quod Presbyter etiam sine alicujus licentia, & incursione pœnæ potest doctrinari in Iure Civili, & *cons.5. eod. tit. num.2.* ait quod non vetatur prælectio Legum Civilium etiam in institutis in dignitate, sed tantùm auditio. 40

Iacobus de Graffis *in dec.aureis casuum Conscien-* 41

tia,

*tia lib.4.c.21.n.3.*ibi,*non tamen incurrunt si docent leges,vel physicam etiam extra domum suam, juxta Innoc.& Panorm.contra Sylvest.&c.*

42 Salzed.*ad Bernard. Diaz c.59.vers.illud*,tenet quod is qui ante Clericatum Iuri Civili operam dedit,post clericatum ad Doctoratum poterit promoveri, & reprehendit Rebuffum,qui de contrario Curiæ stylo attestatur,& *in vers. fin.*ait quod *in d.c. super specula*, tantùm legum auditio clerico prohibetur,non tamen ipsarum prælectio.

43 Card. Tolet.*in sum.lib.1.c.37.n.4.*ibi, *Nec comprehendit docentes scientias.*

44 Stephan. de Avila *in tract.de censuris,part.7.disp.5.sub 3.dub.10. vers. si opponas*, ubi referens & sequens Panormitanum ait, quod quamvis non liceat Presbyteris audire leges, licet tamen eas docere.

45 Vega *in summa Hispana,tom.1.c.85.verb. Descommunion caso* 179.sic ait in proposito: *Lo quarto y ultimo que se ha de notar es que ninguno destos incurre por enseñarla, aunque sea fuera de su casa,segun Innocentio y Panormitano aunque Sylvestro diga lo contrario.*

46 Franc.Suarez vir usque ad miraculum doctus,*tom.5.de censur.disp.23.sect.3.ex n.17.* ubi ex professo quæstionem tractat,& cum Innocentio, Panorm. & Navarro contra Host. & Archidiac. tenet quod docentes non comprehenduntur, & quod verbum *legendi* intelligendum,est ut non sit idem quod docere, quod studere hujusmodi doctrinis, & *n.*18. quod ita declaratum est à sequentibus Summis Pont. & quod decisio *dicti c.super specula,& d.c.non magnopere*, est pœnalis,& odiosa,nec valet in ea argumentum ob similitudinem rationis, & quod est maxima disparitas in exitu ad docendum has disciplinas,quia rarissimus est,& vix moraliter contingit, & ideo de illo non oportuit legem condere.

47 Eandem sententiam sustinent Sayr. *de cons. lib.*31 *c.*32.*n.*10.Filliuc.*tr.*14.*c.*7.*quæst.*2.*n.*104. Sanctarell. *de apostasia c.*2.*n.*18.apud quos omnes videbis responsiones ad fundamenta in contrarium adducta.

48 Nam ad primum de *d.c.non magnopere*, respondetur in eo tractari de Religiosis Leges docentibus,non tanquam purè magistris,sed de illis, qui eas docendo student, juxta illum versiculum,

Discere si quæris,doceas: sic ipse doceris,

quē refert Rebuff.*de privil.Scholar.privil.*51.*n.*136. Unde ex mente & verbis illius text.particula,*lectionis* accipitur pro lectione discipuli & non magistri, sicut accipitur in multis aliis Iuribus,*c.*1.*de elect.c.cum ex eod.tit.in 6.c.fin.*36.*dist.c. fin. de ætate & qual.c. post translationem, de renunt.* ut dicit in terminis Ioan. Andr. *in reg. cùm quid una via n.*8. *in mercurialib.* quem refert & sequitur Abb.*in d.c.super specula n.*6. sic concludens *Dico quod d.c.non magnopere, non loquitur de legentibus,sed de addiscentibus, unde ponitur ibi legere largo modo,quia omnis qui studet,ut proficiat,legit.* Ad text. verò *in c.super specula,illo tit.ne clerici vel Mon.*eodem modo respondetur,quod scilicet non prohibet clericis secularibus,quod tanquam magistri legere, & docere alios possint. Sed ad aliud *super specula,de privil.*respondetur decisionem hujus text.non importare constitutionem generalem, sed specialem pro civitate tantum Parisiensi, aliisque vicinis. Ad *l.culpa.& ad l. omnes*,respondent ferè omnes,loqui de facultatibus,& scientiis reprobatis; & à Iure prohibitis,qualis est magia,de qua *in d.l.culpa*,& de hæresi *in d.l.omnes*, scientia verò legalis prohibita non est,sed laudata & approbata in utroque Iure,*l.*1. *ff.de Iustit.& jure,l.*1.*ff.de var.& extraord.cognit.*ibi, *est quidem res sanctissima Civilis scientia, dict. c.super specula, de privil.c.*1. *&* 2.*de novi operis nunt.* cum pluribus aliis adductis à Rebuff.*dict.tract. nominat.q.*5.*ex n.*14.

ALLEGATIO LVII.

Episcopus quæ Beneficia possit conferre.

SUMMARIUM.

1 *Beneficiorum omnium in diœcesi existentium collatio & institutio de jure spectat ad Episcopos loci Ordinarios, & in jure ea conferendi fundatam habent intentionem.*

2 *Beneficia in quolibet mense vacantia poterant olim conferre Episcopi.*

3 *Episcopalis universalis Ecclesia est Summus Pontifex.*

4 *Orbem totum pro propria diœcesi habet Summus Pontifex.*

5 *Episcopus Episcoporum dicitur Summus Pontifex.*

6 *Ordinarius Ordinariorum est Summus Pontifex, concurritque cum omnibus Ordinariis.*

7 *Summus Pontifex in beneficialibus liberam,ac plenissimam habet potestatem.*

8 *Beneficia omnia respectu Summi Pontificis sunt manualia, & in eis uti potest plenitudine potestatis.*

9 *Papa quamvis transtulerit potestatem in Episcopos conferendi beneficia suarum diœcesum, penes ipsum tamen major remansit.*

10 *Papa etiam in mensibus, quos Ordinariis concessit, si praveniat in conferendo, valet ejus collatio.*

11 *Praveniendi volantas colligitur ex clausula contenta in litteris, dummodo tempore data non fuerit alicui jus quæsitum.*

12 *Papa, & Ordinarius si alicui conferant beneficium cum eadem data, & die, si provisus ab Ordinario sit in possessione, ejus provisio est præferenda.*

13 *Collatio facta duobus à diversis eodem die, si non apparet, cui prius fuerit facta, potior est conditio possidentis.*

14 *Beneficii collationem à Papa unus habens, alius verò ab Ordinario,si non apparet de prioritate, præfertur qui à Papa impetravit propter prærogativam concedentis.*

15 *Beneficii collatio facta una die à Papa,& Ordinario, prævalet collatio Ordinarii, si in ea apposita sit hora,& in collatione Papæ non.*

16 *Papa etiam quod provideat in mensibus alternativa,non est necessaria illius derogatio.*

17 *Papa ordinariam potestatem conferendi beneficia per reservationes coarctare potest.*

18 *Reservationes generales,& speciales quæ dicātur.*

19 *Reservata sunt dispositioni Rom. Pont. omnia beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam, vel in Curia.*

20 *Ordinarius si provideat de beneficio quod vacavit in Curia,provisus non habebit titulum coloratū.*

21 *Vacare apud Sedem Apostolicam quando dicatur beneficium, ut sit reservatum.*

22 *Beneficia apud Sedem Apostolicam vacare dicuntur non solùm per obitum, sed etiam per resignationem.*

23 *Resignantes beneficia in Curia Romana permutationis causa,si moriantur extra Curiam ambo,vel unus eorum ante completam permutationem, ea beneficia in curia vacare dicuntur.*

24 *Beneficia in curia vacare dicuntur quando ibi privatio, aut alii vacationis modi inducuntur.*

25 *Beneficia Iurispatronatus laïcorum non dicuntur vacare in curia, ut dispositioni Summi Pont. reserventur.*

26 *Beneficia Iurispatronatus laicorum non comprehẽduntur reservationibus, etiamsi sint generales, & in corpore juris clausæ, quamvis adsint in reservatione verba illa, ad cujuscumque collationem, provisionem, electionem præsentationem, &c.*

27 *Beneficia, quæ sunt mixta Iurispatronatus clericorum, & laicorum, cum ad propositum laicalia censeantur, non comprehenduntur sub reservatione beneficiorum in curia vacantium.*

28 *Beneficia Iurispatronatus laicalis competentia ex privilegio vel præscriptione, non tamen ex fundatione, constructione, vel dotatione, dicuntur vacare in curia.*

29 *Beneficia regularia non veniunt in reservatione vacationis in curia.*

30 *Beneficia curam animarum habentia si vacent in curia ante collationem Apostolica Sede vacante, collatio ad Ordinarium, ob animarum periculum, pertinet.*

31 *Beneficia illorum, qui in urbe degunt ratione originis, vel domicilii, non comprehenduntur sub reservatione beneficiorum in curia vacantium, nisi etiam curiam sequantur, & curiales existant.*

32 *Beneficia de Urbe non comprehenduntur sub reservatione de beneficiis vacantibus apud Sedem Apostolicam.*

33 *Beneficia dispositioni Romani Pontificis reservantur per solam appositionem suæ manus, quamvis inutiliter factam.*

34 *Papa si manum apposuit in aliqua commissione signanda per talem signaturam, voluit totum negotium ad se advocare, & inferiorum manus ligare.*

35 *Beneficia vacantia Sede Episcopali vacante, cujuscumque speciei, & qualitatis sint, reservantur dispositioni Summi Pontificis.*

36 *Beneficiorum collatio, quæ vacant propter crimen hæresis cum cura, & sine cura, sæcularia, & Regul. reservantur Summ. Pontif. dispositioni.*

37 *Provisio facta de beneficio incarcerati propter crimen hæresis, an sit valida ante sententiam criminis declaratoriam, ostenditur.*

38 *Beneficia per crimen hæresis an vacent ipso jure, vel post sententiam latam, ostenditur.*

39 *Beneficia vacantia per privationem sunt reservata dispositioni Summi Pont.*

40 *Beneficia collata personis prohibitis propter suum genus ad novam Romani Pont. provisionem pertinent.*

41 *Beneficia quæcumque recepta in confidentiam, vacant ipso jure, & sunt Apostolicæ Sedi reservata*

42 *Beneficia quæcumque recepta in confidentiam, non solùm vacant ipso jure, sed etiam quæ obtinebat confidentiarius.*

43 *Beneficia parochialia collata non servata forma* Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 18. *sunt Sedi Apostolicæ reservata.*

44 *Beneficia, quæ intra sex menses à die, qua novit beneficium vacare, Ordinarius conferre noluit, & similiter Archiepiscopus, statim ad Papam devolvuntur.*

45 *Beneficia omnia, quæ per resignationem, vel obitum auctoritate Apostolica conferuntur cum decreto, quod provisus beneficium tunc obtentum in manibus Papæ intra duos menses dimittere teneatur, illis elapsis, non facta hujusmodi dimissione, Sedi Apostolicæ reservantur.*

46 *Beneficia vacantia ob non publicationem resignationum reservantur Sedi Apostolicæ.*

47 *Beneficia vacantia per violationem sequestri lite pendente in curia, reservantur dispositioni Summi Pontificis.*

48 *Subrogatio in juribus defuncti spectat ad Papam.*

49 *Beneficia litigiosa ad effectum, ut Ordinarius non possit providere, dici possunt dispositioni Summi Pontificis reservata.*

50 *Canonic. & præbendæ Metropolitanæ Cæsaraugustæ in mensibus Ianuarii, Aprilis, Iulii, & Octobris sunt reservata Sedi Apostolicæ.*

51 *Beneficia consistentia in Urbe soli Papæ, veluti Episcopo Rom. reservantur.*

52 *Beneficia collata à Cardinalibus vigore suorum indultorum reservantur Summo Pontifici, quando intra sex menses provisi à Sede Apostol. novas provisiones non impetraverint.*

53 *Beneficia vacantia in Abbatia S. Crucis Camaldulen. sunt reservata dispositioni Romani Pont.*

54 *Beneficia Regni Germaniæ vacantia, & vacatura in mensibus Ianuarii, Maij, Iulii, Septembris, & Novembris, sunt reservata Summo Pontifici.*

55 *Beneficia vacantia per delictum offendentis litigantes in Romana Curia, eorumque Iudices, Advocatos, & procuratores testes, vel Notarios, reservantur dispositioni Summi Pontificis.*

56 *Beneficia illorum, qui seipsos examini pro aliis supponunt, reservantur dispositioni Sedis Apostolicæ.*

57 *Beneficia vacantia ob non delationem habitus clericalis reservantur dispositioni Sedis Apostolicæ.*

58 *Papa quilibet initio sui Pontificatus regulas Cancellariæ de novo constituit.*

59 *Cancellariæ regulas aliquas tulit, easque in scriptis redegit primus omnium Ioannes XXII.*

60 *Cancellariæ regulæ expirant morte cujusque Pontificis, reviviscuntque per novos Papas renovatæ.*

61 *Cancellariæ regula qualibet facit legem separatam diversamque reservationem.*

62 *Cancellariæ regulæ, ut ligent non est necessaria illarum publicatio, quia statim ab initio quando sunt factæ ligant, quamvis publicatæ non sint.*

63 *Regula prima Cancellariæ refertur.*

64 *Reservationes, quæ contineantur in prima parte* Extrav. ad regimen. de præbend. inter communes.

65 *Beneficia vacatura per depositionem, privationem, translationem, ac muneris consecrationis susceptionem auctoritate Apostolica factas, reservantur dispositioni Summi Pontificis in dicta Extravag. Ad regimen.*

66 *Beneficia vacantia per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, vel Monasteriorum regimina sunt reservata dispositioni Summi Pontificis in dicta Extravag. Ad regimen.*

67 *Beneficia obtenta vacant ipso jure per promotionem ad Episcopatum post adeptionem possessionis, & consecrationem sequutam.*

68 *Beneficia provisi per Romanum Pontificem ad Episcopatum, statim quod ad eum promotus est, possunt conferri tanquam vacantia, non expectata consecratione.*

69 *Beneficia, obtenta prorogatione, vel retentione, non vacant per promotionem ad Episcopatum.*

70 *Beneficiorum sub retentione, quæ alias vacabant per promotionem ad Episcopatum, non comprehenditur facultas transferendi pensiones.*

71 *Beneficia etiam simplicia vacant per promotionem ad Episcopatum.*

72 *Præceptoriæ Militiæ, & Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani vacant per promotionem ad Episcopatũ*

73 *Pensiones vacant per promotionem ad Episcopatũ.*

74 *Beneficia promoti ad Episcopatum in terris infidelium existentem, seu titularis, cum per eum non stet assequi illius possessionem, non vacant.*

75 *Episcopo*

75 *Episcopo dignitatum, vel beneficiorum facta collatio non valet, nisi ex dispensatione Papæ.*

76 *Episcopo tutelari, vel qui renunciavit Episcopatui facta collatio, præsertim de beneficiis simplicibus, valet.*

77 *Beneficia vacantia, & vacatura per assecutionem pacificam quorumcumque prioratuum, dignitatum, &c. auctoritate Apostolica provisorum, dispositioni Sedis Apostolicæ reservantur.*

78 *Dimissio facienda virtute decreti appositi per Summum Pontificem, videlicet ut ipse Orator, infra duos menses à die habitæ possessionis secundi primum dimittat beneficium debet esset pura, & simplex, & non potest prædicto Decreto satisfieri per æquipollens.*

79 *Beneficia vacantia per execrabilitatem dispositioni Summi Pontificis, reservantur.*

80 *Beneficia de quibus Ordinarii, & alii collatores contra Concil. Trid. decreta disposuerunt, & disponent in futurum, reservantur Summi Pontificis dispositioni.*

81 *Regula secunda Cancellariæ refertur.*

82 *Ratio cur hæc Regula secunda addita fuit de novo à Sanctissimo Domino Nostro Gregorio decimoquinto, assignatur.*

83 *Declaratio reservationis beneficiorum per assecutionem pacificam vacaturorum refertur.*

84 *Regula tertia Cancellariæ refertur.*

85 *Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales Ecclesiæ dispositioni Summi Pontificis reservantur.*

86 *Episcopales Ecclesiæ, quæ sunt jurispatronatus regii, non comprehenduntur sub reservatione prædictæ regulæ tertiæ.*

87 *Iuspatronatus ad aliquem Regem, vel Principem pertinens non censetur derogatum, nisi specialis de illo mentio fiat.*

88 *Episcoporum nominatio Lusitaniæ, Hispaniæ, & Galliæ Regibus jurispatronatus titulo competit.*

89 *Hispaniarum Rex quamvis sit patronus Cathedralium in Hispania existentium, & præsentet ad dignitates Episcopales, non tamen est patronus aliorum beneficiorum in eisdem Ecclesiis Cathedralibus consistentium.*

90 *Beneficia vacantia tempore vacationum Episcopatuum reservantur dispositioni Summi Pontificis, etiamsi ad Episcopum spectaret electio, nominatio, seu præsentatio, & collatio, vel institutio ad aliũ: limitatur hoc in tribus casibus ibi relatis*

91 *Abbatia Monasteriorum, quæ Sedi Apostolicæ reservatæ sint.*

92 *Beneficia vacantia post renunciationem Episcopatus à Papa admissam, vel post translationem ad alium Episcopatum, quando Sedi Apostolicæ reservata censeantur.*

93 *Cardinales an comprehendantur sub reservatione Regulæ tertiæ Cancellariæ.*

94 *Regula quarta Cancellariæ refertur.*

95 *Dignitates majores post Pontificalem in Cathedralibus, & principales in Collegiatis juxta Provinciarum, & Ecclesiarum consuetudinem dignosci possunt.*

96 *Decanus in ferè tota Hispania in Ecclesia Cathedrali post Episcopum majorem dignitatem habet.*

97 *Prior in aliquibus Hispaniæ partibus Collegiatarum Ecclesiarum principalis dignitas dicitur, in aliis verò vocatur Abbas, alibi Præpositus.*

98 *Dignitates, quæ reservantur in regula quarta Cancellariæ, debent esse majores, seu principales actu.*

99 *Dignitas erecta in primam conditionaliter pendente conditione, & nondum purificata, non cadit sub reservatione Regulæ quartæ.*

100 *Dignitas tantùm una major in qualibet Cathedrali & una principalis in qualibet Collegiata reservata est per Regulam quartam Cancellariæ.*

101 *Dignitates si duæ sint æquè majores in Cathedralibus, & æquè principales in Collegiatis, ambæ, erunt reservatæ.*

102 *Dignitas una tantum si adsit major in Cathedrali, hæc erit reservata.*

103 *Prioratus, Præpositura, ac aliæ dignitates Conventuales, ac Præceptoriæ generales Ordinum quorumcumque, sed non Militarium, comprehendũtur sub reservatione regulæ quartæ Cancellariæ.*

104 *Dignitates principales Regularium Conventualium, seu Monasteria Fratrum, quæ non reguntur per Abbates, reservantur Regula quarta Cancellariæ.*

105 *Prioratus, & dignitates Conventuales, non claustrales, cadunt sub reservatione Regulæ quartæ Cancellariæ.*

106 *Familiares, & continui commensales Papæ ad effectum reservationis Regulæ quartæ Cancellariæ quæ dicantur.*

107 *Familiares familiarium habentes partem, seu expensas ab ipso Papa, an dicantur ejus familiares*

108 *Familiares Cardinalium qui dicantur.*

109 *Cohabitare non dicitur, qui stat in eadem domo nisi ad eandem mensam & convictum moretur.*

110 *Familiares domestici dicuntur, etiamsi aliquando abesse pro dominorum negotiis gerendis cõtingat.*

111 *Familiares Cardinalium non dicuntur qui in eorũ domibus habent expensas, seu partem, non ut familiares, & servitores, sed ut amici, aut consanguinei.*

112 *Vicarii, seu Provisores Cardinalium in eorum Episcopatibus, an dicantur eorum familiares.*

113 *Familiaris beneficium dicitur reservatum, etiamsi is mortis suæ tempore familiaris esse desierit.*

114 *Familiaris habens beneficium reservatum ratione familiaritatis in Ecclesia, in qua adest consuetudo optandi, an possit eo admisso quod habet, optare aliud & optatum non maneat reservatum.*

115 *Regula quinta Cancellariæ refertur.*

116 *Collectoris, vel Subcollectoris officii exercitium, an requiratur, ut eorum beneficia sint reservata, resolvitur sub distinctione.*

117 *Subcollectorum beneficia impetranti ut reservata, sufficit probare subcollectoriam, adversario verò incumbit onus probandi pluralitatem, cùm sit præsumptio de unitate.*

118 *Subcollectorũ unicorum in qualibet civitate beneficia reservata sunt, etiãsi ibi sit Collector generalis*

119 *Subcollector unus si sit in civitate, & alius in diœcesi, neutrorum beneficia comprehenduntur sub reservatione regulæ quintæ Cancellariæ.*

120 *Subcollector unicus debet tantum esse in tota diœcesi cum suis civitatibus, ut ejus beneficia reservata censeantur.*

121 *Beneficia omnium Subcollectorum sunt reservata, si deputentur in aliqua civitate, vel diœcesi successivè, ita quod eodem tempore unicus tantùm fuerit.*

122 *Subcollectorem secundum deputando quis primum tacitè revocare videtur.*

123 *Beneficia omnia Collectorum, seu Subcollectorum quæ habuerunt tempore officii, sunt reservata, etiamsi ante officium illa obtinuissent.*

124 *Subcollectoria non requiritur, ut probetur per scripturam, sed sufficit dictum unius testis cum aliquibus adminiculis, nisi ageretur de probanda facultate, ut solvere debentes cautè solvant.*

125 *Subcollectoria ad effectum probandi reservationem non probatur per testes de communi reputatione & publica voce, & fama.*

126 *Subcollector debet esse Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, vel aliàs in dignitate Ecclesiastica constitutus tempore deputationis.*

127 *Regula sexta Cancellariæ refertur.*

128 *Curia Romana an sit ubi est Papa, vel an potius ubi est causarum, & litterarum Apostolicarum audientia, ostenditur.*

129 *Regula septima Cancellariæ refertur.*

130 *Cubicularii honoris nuncupata beneficia dispositioni Summi Pontificis sunt reservata, quod de novo additum est à S.D.N.Greg.XV.*

131 *Cursores Papæ qui dicantur?*

132 *Regula octava Cancellariæ refertur.*

133 *Beneficia Ecclesiarum S.Ioannis Lateranensis, ac S.Petri & B.Mariæ Majoris de Urbe, cui Papa reservavit, cum sit Vrbis Episcopus, ostenditur.*

134 *Clericatus, seu Beneficiatus Ecclesiarum S.Ioannis Lateranensis, & S. Petri ac B. Mariæ Majoris de Urbe, non comprehenduntur sub reservatione Regulæ octavæ.*

135 *Cardinales à Curia Romana sine legitimo Romani Pontificis consensu abesse non possunt.*

136 *Cardinalium officium est Papæ assistere, & ob id pars corporis ipsius dicuntur.*

137 *Cardinales obtinentes Episcopatus, vel Archiepiscopatus, & in eis residentes, solent habere indultum à Papa, ut omnibus gratiis, prærogativis, & favoribus, &c. concessis Cardinalibus præsentibus in Curia gaudeant.*

138 *Decretum irritans in fine Regulæ octavæ Cancellariæ positum, non solum refertur ad omnia contenta in illa regula, sed etiam ad omnes regulas præcedentes.*

139 *Decretum reservationis impedit restitutionem in spolio, & manutentionem.*

140 *Regula nona Cancellariæ refertur.*

141 *Beneficium Ecclesiasticum ut dicatur, quæ conditiones requirantur.*

142 *Capellaniæ, seu Oratoria, quæ sunt fundata absque Episcopi, vel alterius Superioris auctoritate, non sunt Beneficia Ecclesiastica.*

143 *Capellaniæ erectæ auctoritate Summi Pontificis, vel Episcopi sunt beneficia Ecclesiastica.*

144 *Juspatronatus mixtum quando cadat sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ, ostenditur.*

145 *Prebendæ temporales, quæ nihil spiritualitatis habent non comprehenduntur sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

146 *Vicariæ temporales, & non perpetuæ, quæ non dantur in titulum, non veniunt sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

147 *Vicaria temporalis, seu ad nutum amovibilis, non est beneficium.*

148 *Hospitalia appellatione beneficii non comprehenduntur, nec veniunt sub dispositione regulæ nonæ Cancellariæ.*

249 *Præstimonia qualia veniunt sub dispositione regulæ nonæ Cancellariæ, ostenditur.*

150 *Pensio reservata super beneficio non comprehenditur sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ, nisi constitueretur ad particulare alicujus commodum, super fructibus alicujus Ecclesiæ, ut deinceps sit beneficium Ecclesiasticum.*

151 *Pensionem habens, & incedens in habitu, & Tonsura, gaudet fori privilegio.*

152 *Beneficia manualia non cadunt sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

153 *Collationem beneficiorum sibi Papa reservans, videtur intelligere propriè de collatione, quæ fit perpetuò de beneficio.*

154 *Commenda non comprehenditur sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

155 *Beneficia de mensa censentur reservata sub dispositione regulæ nonæ Cancellariæ.*

156 *Coadjutoria non venit in reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

157 *Coadjutor dum vivit coadjutus, non habet jus in re, sed ad rem.*

158 *Beneficia unita accessoriè non censentur reservata sub dispositione regulæ nonæ Cancellariæ secus, si sint unita æquè principaliter.*

159 *Beneficium curatum ut dicatur, quæ concurrere debeant.*

160 *Cura animarum non infertur per actum baptizandi.*

161 *Beneficium curatum non dicitur ex jure sepeliendi.*

162 *Parochialis Ecclesia non bene ex eo colligitur, quod percipiat, vel non percipiat decimas.*

163 *Beneficium curatum potest dici, quod habet curam jurisdictionalem, etiam fori exterioris.*

164 *Collegiata Ecclesia habens curam animarum, talis cura non pertinet ad singulos Canonicos illius, sed ad totum Collegium unicam personam Rectoris repræsentans.*

165 *Beneficium curatum non dicitur, quod habet curam ad certum tempus, non tamen in perpetuum.*

166 *Curatum beneficium non dicuur Prioratus per Vicarium perpetuum deserviri solitus.*

167 *Beneficia omnia præsumuntur sæcularia, nisi Regularia probentur.*

168 *Beneficia Regularia dicuntur, de quibus in fundatione dictum fuit, ut per Religiosos regerentur vel illa, quæ per quadraginta annos consueta sunt Regi per viros Regulares.*

169 *Ultimus rei status in beneficialibus inspicitur.*

170 *Beneficia Regularia Regularibus conferri debent.*

171 *Beneficia Regularia non possunt conferri novitiis, sed expressè professis.*

172 *Beneficia Regularia defectu Regularium sæcularibus conferri possunt.*

173 *Equites Capellani Religionis Stephani Papiæ ad Ecclesias sæculares præsentari possunt.*

174 *Milites Regulares militiæ S. Iacobi de Spatha, aliique hujusmodi non emittentes omnia tria vota substantialia, capaces sunt beneficiorum sæcularium.*

175 *Prioratus Religionis S.Augustini, & S.Dominici & alii similes, qui non sunt perpetui, non comprehenduntur sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

176 *Beneficia omnia cujuscumque generis & qualitis fuerint, & ubicumque existentia, comprehenduntur sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

177 *Dictio* qualitercunque, *est universalis, & comprehendit majora expressis.*

178 *Canonicatus Doctorales, & Magistrales, qui præsertim in Hispania conferuntur per concursum, non comprehenduntur sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

179 *Beneficia consistentia in Ecclesia non numerata, non includuntur sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

180 *Beneficium monoculare comprehenditur sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

181 *Beneficia curata, & fundata post promulgationem Regulæ nonæ Cancellariæ, comprehenduntur sub illius reservatione.*

182 *Beneficia ubicunque existentia, sive in Ecclesiis Patriarchalibus Metropolitanis, seu Cathedralibus, sive aliàs, comprehenduntur sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

183 *Mensium quilibet, de quibus in regula nona Cancellariæ, terminatur in media nocte ultimi diei.*

184 *Nox media erit, ubi cœpit sonare hora duodecima media*

media noctis, etiam ante finitos pulsus illius horæ.

185 *Nox media, ubi sunt plura horologia, regulatur secundum horologium parochiæ, seu viciniæ.*

186 *Horologio illi standum est, duobus stantibus, quod favori magis adhæreat: pluribus verò stantibus, illis credendum quæ numero vincunt, & certiora esse solent, quàm alia.*

187 *Nox media ubi non est horologium, ex galli cantu regulari potest.*

188 *Beneficium si vacet circa mediam noctem ultimi diei, ita ut minimè constare possit, an finitus sit mensis Apostolicus, & cœptus alius Ordinarius, provisus à quo debeat prævalere ostenditur.*

189 *Beneficiũ vacans in mense Ordinarii potest ab ipso Ordinario, conferri cœpto jã mense Apostolico.*

190 *Regula nona Cancellariæ non est perpetua, sed expirat, & extinguitur morte Papæ illius conditoris.*

191 *Gratia ad beneplacitum Papæ, vel Regis, morte Pontificis, seu Regis expirat.*

192 *Sede Apostolica vacante omnes menses sunt Ordinarii.*

193 *Beneficia consistentia in Romana Curia, ibique vacantia non cadunt sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

194 *Beneficia vacatura de jure & facto, & de jure tantum. aut de facto tantum, includuntur sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

195 *Beneficia renuntiata in manibus Ordinarii, non cadunt sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

196 *Beneficium vacans per habentem tantum jus ad rem, non comprehenditur in reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

197 *Electus, seu præsentatus ad aliquod beneficium, acquirit tantum jus ad rem.*

198 *Beneficium dicitur vacare per obitum habentis jus in re ad illud.*

199 *Beneficium vacat per obitum Beneficiarii, ita ut si miraculosè resurgeret, non recuperaret illud.*

200 *Beneficii titulus, & possessio amittitur per renunciationem.*

201 *Beneficium vacat ipso jure per assecutionem alterius incompatibilis, quod quando verum sit, ostenditur.*

202 *Beneficium vacat per contractum Matrimonium per verba de præsenti, etiam non sequuta copula.*

203 *Beneficium ita vacat per Matrimonium, ut eo jam contracto, resignari non possit in favorem tertii.*

204 *Beneficium vacat per Matrimonium, etiamsi uxor non illo consummato religionem ingrederetur.*

205 *Clericus per Matrimonium amittit accessus, & regressus, ac alia jura ad beneficium competentia.*

206 *Pensio Ecclesiastica per contractum Matrimonium amittitur.*

207 *Beneficium amittitur ipso jure per Matrimonium etiam irritum ob consanguinitatem, vel aliud impedimentum dirimens, quod ibi limitatur aliquibus.*

208 *Beneficium ipso jure non vacat per ingressum religionis, sequuta professione, non antea.*

209 *Ecclesia Parochialis vacat ipso jure, si is qui eam assequutus est, intra annum Sacerdotio non initietur.*

210 *Beneficium Curatum obligat ad promotionem Sacerdotii spatio unjus anni.*

211 *Ecclesia prima vacat per translationem Prælati ad aliam, litteris tamen expeditis, & ostensis Capitulo.*

212 *Electus si intra mensem à tempore electionis ei præsentata non consenserit electioni, vacat Prælatura.*

213 *Electus si intra tres menses post consensum electioni præstitum, non petierit confirmationem, ipso facto privatur jure sibi per electionem quæsito.*

214 *Electus, vel præsentatus quando ante confirmationem, vel institutionem per se, vel per alium administraverit, eo ipso privatur jure sibi quæsito, & beneficium vacat, ut prius.*

215 *Beneficium vacat ipso jure per promotionem ad Episcopatum post adeptionem possessionis, & consecrationem sequutam.*

216 *Beneficium vacat ipso jure per militiam sequutã.*

227 *Beneficium non solùm vacat ipso jure, sed etiam pensio illius, qui tonsuram, & habitum clericalem non assumit.*

218 *Beneficium vacat ipso jure per electionis cessationem.*

219 *Beneficium vacat per postulationem, vel repulsionẽ.*

220 *Beneficii jus eo ipso perdit quis per violentam ingressionem in possessionem illius.*

221 *Beneficium vacat per violationem sequestri impositi vigore sententiæ definitivæ in Romana Curia prolatæ in causa beneficiali, & quomodo hoc procedat, ostenditur.*

222 *Beneficium vacat ipso jure per non ostensionem tituli, seu dispensationis coram Ordinario, postquam beneficiatus monitus fuerit.*

223 *Titulum probare, & ostendere tenetur possessor etiam pacificus.*

224 *Ordinarius potest non obstante regula de triennali possessorem compellere ad ostendendam dispensationem.*

22 *Tituli beneficiorum Ecclesiasticorum non acquiruntur præscriptione.*

226 *Beneficium vacat ipso jure per alienationem rerum Ecclesiæ sine solemnitate factam,* Extravag. Ambitiosæ, §. inferiores verò, de rebus Ecclesiæ non alienandis.

227 *Beneficium vacat si habeatur pro derelicto.*

228 *Beneficium an vacet ipso jure propter crimen hæresis, ostenditur.*

229 *Hæreticorum filii, ac nepotes non sunt privati, nec privandi beneficiis antea obtentis.*

230 *Beneficia quæ fuerunt obtenta per preces hæreticorum, vacant ipso jure.*

231 *Beneficium per crimen realis simoniæ commissa vacat ipso jure.*

232 *Simonia conventionalis reddit quemvis inhabilem ad obtinenda beneficia, non autem inducit vacationem obtentorum ipso jure.*

233 *Beneficium vacat ipso jure per crimen læsæ majestatis.*

234 *Beneficium propter crimen falsitatis litterarum Apostol. vacat ipso jure.*

235 *Beneficia percutientis Cardinalẽ vacant ipso jure.*

236 *Cardinalem offendentium filii, ac nepotes privantur omnibus beneficiis, & dignitatibus Ecclesiasticis, & ad illas imposterum obtinendas efficiuntur inhabiles.*

237 *Beneficia occidentis, vel percutientis Episcopum vacant ipso jure.*

238 *Assassini beneficia vacant ipso jure.*

239 *Beneficia occidentis Rectorem suæ Ecclesiæ vacant ipso jure.*

24 *Verbum,* amittat, *an contineat sententiam ipso jure latam?*

241 *Beneficium illius, qui carceraverit clericum, donec resignaverit suum beneficium, vacat ipso jure.*

242 *Beneficia committentis crimen sodomiæ vacant ipso jure.*

243 *Resignans quando non supervixit per viginti dies, juxta regulam* 19 *Cancellariæ, vacat beneficium: ponuntur etiam declarationes ad prædictam regulam.*

244 *Beneficium ob non publicationem resignationis vacat ipso jure.*

245 *Beneficium curatum ob non servatam formam Constit. Pii V. vacat ipso jure.*

246 *Examini se supponentes pro aliis, amittunt ipso jure beneficia.*

247 *Beneficium per dispositionem, & privationem vacat ipso jure.*

248 *Beneficium per apprehensionem possessionis de beneficio collatum à Papa ante litterarum expeditionem, vacat ipso jure.*

249 *Beneficia retinentis indebitè scripturas spectantes ad Cameram Apostolicam, & illas non restituentis, vacant ipso jure.*

250 *Beneficia offendentium litigantes in Romana curia, eorumque Iudices, Advocatos, &c. vacant ipso jure.*

251 *Beneficia per confidentiam vacant ipso jure.*

252 *Privatio beneficii ipso jure non inducitur, nisi in casibus à jure expressis.*

253 *Beneficium quando vacat ipso jure vacat in ipsomet puncto, quo actus, vel delictum fit, per quod talis pœna imponitur.*

254 *Delictum committens per quod privatur ipso facto beneficiis amittit titulum, ut sua in conscientia teneatur dimittere ante sententiam.*

255 *Beneficium, quo quis est privatus ipso jure, statim non expectata sententia potest conferri, seu impetrari.*

256 *Beneficiis privatus ipso jure non potest ea in favorem alicujus resignare.*

257 *Beneficia jurispatronatus Ecclesiastici comprehenduntur sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ.*

258 *Beneficia etiam ad unius tantùm collationem pertinentia, sub reservatione regulæ nonæ Cancellariæ comprehenduntur.*

1 CUM omnis jurisdictio, & potestas disponendi de beneficiis Ecclesiasticis non Apostolicis, sed Petro illorum Principi, à Christo data fuisset, *cap. ita Dominus, §. hunc enim, distinct. 19. cap. fin. distinct. 11. cap. in novo distinct. 21.* Gomes. *in tract. de expectativis, n. 10.* ideò solus Papa initio nascentis Ecclesiæ ordinavit, & instituit Dignitates, & alia Ecclesiastica beneficia, *cap. 1. & 2. dist. 22.* Selv. *in tract. de benef. part. 2. q. 22. n. 3.* Illorum enim fundatio & institutio, excepto Papatu & Episcopatu, ac modus, formaque acquirendi beneficia Iure tantum humano positivo, hoc est Ecclesiastico, introducta fuit, ut ex *cap. 1. 22. distinct. cap. nullus*, ac ferè per totam 9. *quæst. 2.* atque aliis proband. Hojed. *de benefic. incompatibil. part. 1. in præfat. n. 5.* Vgolin. *de simon. tab. 3. c. 3. § 4. à num. 1. & c. 48. à n. 2.* Columna *de redditib. Eccles. part. 1. cap. 8. à n. 12.* Gonzal. *ad reg. 7. Cancell. §. 1. proœm. n. 1. 2. & 3.* Monet. *de commutat. ultim. volunt. c. 10. n. 46.* Nicol. Garc. *de benef. part. 5. cap. 1. n. 3* & consequenter ad solum Papam spectat collatio omnium beneficiorum in Vrbe, & in toto Orbe, qui ideo dicitur Dominus omnium beneficiorum, *cap. 2. de præb. lib. 6.* Ludov. Gom. *in proœm. Regul. Cancell. num. 7.* novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccles. c. 48. n. 1.* Selv. *dict. n. 3.* Flamin. *de resign. lib. 1. qu. 10. num. 47.* Deinde Summus Pontifex concessit Archiepiscopis, & Episcopis facultatem, ut quilibet in sua diœcesi beneficia ibidem existentia conferre posset, *cap. decreto*, ibi, *quæ vices suas*, &c. *cap. qui se scit, in principio 2. q. 6.* Hieron. Gabr. *cons. 197. n. 3. & 9.* Simonet. *de reservat. q. 3.* Flamin. *d. n. 49.* me citato *in hoc loco.* Castr. Palao *in opere moral. tom. 2. tract. 13. disput. 2. punct. 27. n. 1.*

2 Ob idque omnium beneficiorum in diœcesi existentium collatio, & institutio de Iure spectat ad Episcopos loci Ordinarios, qui in Iure conferendi beneficia in sua diœcesi existentia fundatam habent jure communi intentionem, *cap. omnes Basilicæ, cap. nullus omnino, 16. quæst. 7. cap. exigenda 10. q. 1. cap. conquerente, de officio Ordinarii, cap. ex frequentibus, de institut. c. cum ex injuncto, in fine, de hæret.* Felin. *in c. cùm venerabilis, n. 31. de exception.* Bellam. *decis. 69. n. 3.* Seraph. *decis. 799. n. 2.* Cassad. *decis. 3. n. 4. de privil. & decis. 4. n. 1. & 2. eod. tit.* Put. *decis. 492. n. 3. lib. 2.* Caputaqu. *decis. 214. num. 5. p. 2.* Mil. *in repertor. verb. beneficiorum collatio, & verb. Episcopus fundat.* Staphil. *de litteris gratiæ in proœm.* Ant. de Prætis *de jurisd. Episcopi c. 1. n. 1. & 2.* Gomes. *de expectativis, n. 13. 18. & 20.* Zech. *de benef. c. 5. num. 6. vers. ex quibus* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tr. 3. n. 239.* Zerola *in praxi Episcop. p. 1. verb. beneficium*, §. 2. Flamin. *de resignat. lib. 1. q. 10. à n. 49. & lib. 7. q. 14. n. 2.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 1. proœm. n. 21. & 22. & glos. 11. n. 38. & 39. & gloss. 29. n. 1.* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 1. n. 52.* Piasec. *in praxi nova Episc. p. 2. c. 6. n. 1.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici p. 2 c. 3. n. 1.* Frechila *in repetit. c. admonet. de renunc. n. 12.* Ugolin. *de potestate Episcopi c. 50. §. 2. n. 1.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiasticis decis. 394. in prima edit. & resolut. 333. n. 1. in secunda edit. & in praxi aurea resolut. 236. n. 1.* Cochier. *de jurisd. Ordinarii in exemptos, part. 4. q. 25.* Duran. *decis. 442. num. 1. p. 2.* Rota apud Post. *in tract. mandati de manutenendo, decis. 125. n. 1.* & inter recentior. *decis. 382. n. 1. p. 2.* Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 2. n. 3.* novissimè Marcel. Vulpe *in dict. praxi, cap. 48. num. 2.* Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. p. 1. c. 6. num. 52.* Et sic olim poterant conferri beneficia in quolibet mense vacantia, & habebant omnes menses liberos, Put. *decis. 492. n. 3. lib. 2.* Caputaq. *decis. 214. n. 5. p. 2.* Gonzal. *d. §. 1. proœm. num. 22.* me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *in oper. moral. tom. 2. tract. 13. disput. 2. punct. 13. à princip.* & hoc etiam extra propriam diœcesim, quia conferre est voluntariæ jurisdictionis, præterquam in Curia, præsente Papa de stylo, Stephan. Gratian. *March. decis. 96. num. 7.*

Verùm Summus Pontifex cùm sit Episcopus universalis Ecclesiæ, Flamin. *lib. 11. de resign. quæst. 13. num. 132.* Zerol. *in praxi Episcopal. part. 1. verb. pragmatica, §. 3.* † habeatque pro propria diœcesi totum orbem, Host. *in sum. de auctorit. & usu pallii, num. 6. vers. speciale ergo*, Anton. Burgos *in repet. cap. cognoscentes, n. 211. de constitut.* Ludov. Gom. *in repet. cap. 1. nu. 34. de constitut. lib. 6.* Anastas. Germon. *de sacrorum. immun. lib. 3. c. 5. n. 60. & 61.* quos refert Dionysius Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap. 17. n. 51.* Gonzal. *d. §. 1. proœm. n. 8.* † Sitque Episcopus Episcoporum, Gom. *in cap. 1. n. 34. de constit.* Flamin. *lib. 8. quæst. 7. n. 100.* † Ordinarius Ordinariorum, *cap. cuncta per mundum 9. quæst. 3.* Gonzal. *§. 2. proœm. num. 44.* Camill. Borrell. *in summa omnium decisionum, tit. 4. n. 10.* concurratque cum omnibus Ordinariis, *cap. si eo tempore, de elect. in 6.* Gonzal. *dicto §. 1. proœm. à n. 32. & §. 2. à princ.* Marta *de jurisd. part. 3. cap. 21. à n. 16.* Rota *dec. 221. num. 9.* coram Gregorio XV. & *decis. 306. n. 7.* coram Duran. ubi *numeris seqq.* declarat quando Papa velle concurrere dicatur, & *decis. 350. n. 4.* ubi quod Papa potest prævenire Ordinarios in conferendo, cùm per alternativam illis concessam non censeatur sibi ligasse manus, & *n. 5. cum seqq.* quando censeatur prævenire voluisse; quinimò nedum concurrit Papa, sed & præcurrit, quia multa in singulorum diœcesibus potest, quæ ipsi non possunt diœcesani, Sylv. Aldobrand. *cons. 1. num. 159.* Blasius Navarrus *de Sacro Ecclesiæ principatu, lib. 2. c. 12. vers. quæ si versa sunt.* quos refert Dionys. Paul. *d. c. 17. n. 53.*

† &

7 † & in beneficialibus supremam, ac plenissimam habeat potestatem, *c.2. in princ. de præbend. n.6. Clem.1. in fine, vt lite pendente*, Paris. *cons.5. n.84. & cons.82.*
8 *n.22. lib.5.* Nicol. Garcia *d.cap.1 n.1.* Rot. apud Farin. *dec.778. n. part.2. recen.* quia † omnia beneficia respectu illius sunt manualia & obedientialia, & in eis uti potest plenitudine potestatis, ac clericum suo beneficio sine causa à clerico dati, sed ex causa majoris boni Ecclesiæ universalis, privare, de quo vide Doctores, quos refert Cened. *ad Sextum collect 21. n.1.* & alios citatos à Nicol. Garc. *d.c.2. n.2.* & Mohed. *dec. 4. n.2. de rest. spoliat.* Seraphin. *dec.997. n.7.* Pinell. *in rubrica de rescind. vendit. part.1. c.2. n.29. & 30.* & Navarr. *de spol. cleric. §.3.* Cotta *in memorabil. verb. beneficia. pag.73.* Viv. *tom. 1. communium opinion. l.1. tit.9. n.5. pag.151.* Anton. Gabr. *tom.3. commun. lib.3. tit. de jure quæsito, conclus.1. n.9. cum seqq.* Menoch. *remed.15. recuper. n.43. & seqq. & cons.83. num.1. & num.15. & cons.181. num.49. & de præsumpt. lib. 2. quæst.10. n.18. & usufreq. cap.2. n.8.* Peregrin. *de jure fisci lib 1. tit. de habentibus jura fiscalia, n.24.* Cevall. *communium contra communes, q.528.* Farinac. *in praxi criminal. p.7. fragmentorum criminal. litt. C, n.87.* Cabedo *Lusit. decis. 38. n.13. & dec 36. n.2 p.2.* Gonzal §.1. *proœm. n.33.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp.29. q.2.* Less. *in simili tr. lib.2. c.4. dub.4.* Filliuc.
9 *tract.4. de benef. cap.2. à n.6.* † & licèt prædictam potestatem in Episcopos transtulerit, ut quilibet in sua diœcesi beneficia ibidem consistentia conferre posset, *dict. c. decreto*, ibi, *quæ vices suas ita aliis impertivit Ecclesiis, ut in partem sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis, c. multùm stupeo 3. q.6.* ibi, *vices enim nostras ita tuæ credimus potestati.* Gonzal, *dict. §.1. proœm. n.4. & 5.* penes ipsum tamen major remansit, *c. dudum, §. nos igitur, de præbend. in 6. c. per hoc, 17. de hæret. eodem lib.* ad quod multa cumulat Gonzal. §.2. *proœm à principio*, adeò quod impossibile sit Papam suæ derogare potentiæ, seu ita alicui privilegium concedere, ut non possit absolutè per ipsum revocari, cùm in hoc non cadat quæstio potestatis, sed voluntatis tantùm, Aym. *cons.125 n.4.* & sic potestati Episcoporum à se concessæ derogare, sibique collationes reservare potest, *c. præsenti, c. licet, illo tit. & lib.* gloss. singularis *verb. reservamus, in Extravag. execrabilis, Ioan. XXII.* ac per consequens de omnibus beneficiis & in omnibus mensibus providere, & libere disponere valet, in quo non ideo detrahit alieno juri, sed proprio utitur, nec inde modo aliquo turbatur ordo Ecclesiasticus, ut latè probat Lotter. *de re benef. lib 2. q.15.* ubi ait Summum Pontificem beneficia dissita per totum Orbem in quibusvis diœcesibus, ac provinciis quintuplici jure providere. *Primò* concursu, quatenus tanquam Episcopus universalis concurrit cum cæteris inferioribus collatoribus. *Secundò* jure devoluto, quia videlicet ex causa aliqua juris conferendi de inferioribus collatoribus ad ipsum facta sit devolutio. *Tertiò* jure præventionis, cùm videlicet præveniendo vacationem beneficii mandat ea succedente certæ personæ conferri, etiam ipse ex tunc confert. *Quartò* jure reservationis. *Quintò* denique simplici via juris, de quibus omnibus agit Lotter *dicto lib.2. q.16. cum seqq.*

10 Unde etiam in mensibus, quos Papa Ordinariis concessit de novo, non abdicavit totaliter à se potestatem conferendi, itaut si ipse præveniat, valeat ejus collatio, *d.c. dudum, § nos igitur, & cap. si à Sede Apostolica, de præbendis in 6.* Gomez *de expect. n.14.* Anastas. Germon. *de indultis Cardin. §. per quæ sublatis, n.80. & 81.* Zech. *de benef. c.2. n.1.* Nicol. Garc. *d.c.1. à n.9.* ubi *n.11.* refert decisum *in una Salamantina Parochialis de Garates, 1. Decembris* 1578. coram *D. Bravo*, quæ est *part.1. div. dec.442. n.4.* quod per præservationē factam à Papa juriū Ordinarii in quatuor mensibus ordinariis non ligantur ejus manus, cùm sit Ordinarius Ordinariorum, & quod in beneficiis vacantibus in mensibus ordinariis sit locus præventioni inter Papam, & Ordinarium & illius provisio prævaleat, quæ prius facta fuerit, tradit Gonzal. §. 5. *proœm. à n.1.* ubi latè de præventione, & materia *d.c. si à Sede Apostolica, & in una Calaguritan. de Olivaris, 15. Decembris* 1604. Coram *D. Peña* fuit resolutū, quod
11 † voluntas præveniendi colligitur ex clausula contēta in litteris, *dummodo tempore data non fuerit alicui jus quæsitum*, ubi enim cessante reservatione, hinc inde proferūtur provisiones, videlicet Apostolicæ, & inferiorum collatorum, nil magis attenditur, quam data circa tempus, ut qui est in data anterior, censeatur in jure potior, juxta *reg. qui potior, de regul. Iuris in 6.* & & in puncto firmavit Rota *in una Regien. Capellaniæ 2. Decembr.* 1619. coram *Cardin Cavalerio.*

12 Quando verò provisiones Papæ, & Ordinarii currunt in eadem data, & die, & provisus ab Ordinario est in provisione, ejus provisio est præferenda, ex clara dispositione *dict. c. si à Sede Apostolica*, censuit Rota *in una Hispalen. beneficii de Villanueva, de mense Ianuarii* 1604. *& antea 2. Maii* 1603. coram Iusto; nam cùm semper ad favorem possessoris, & rei præsumatur §. *commodum, Instit de interdict c.3. de probat. cap. cùm sint partium jura obscura, de reg juris in 6.* cum plenè adductis per Gonzal. §.3 *proœm. à n.51.*
13 ideò † quando collatio facta est duobus à diversis eodem die, nec apparet cui prius fuerit facta, potior est conditio possidentis, Menoch. *de arbitr. lib.2. casu 48. n.10. & sequent. & remed.4. adipisc. n.797.* Rebuff. *de pacificis possessoribus, n.297. cum seq.* Tiraq. *de jure primog. q.17. opin.11. n.1. & opin. 12. n.2.* Zerol. *in praxi Episcop. p.2. verb. beneficium, vers.2. pag.20.* D. Barbos. *in l.1. ff. soluto matrim. part.2. n.4.* & ubi est dubium quis debeat præferri in collatione beneficii, præfertur qui priùs adeptus est possessionem, & in ea est, gloss. *verb. neuter. in d.c. si à Sede Apostolica.* Unde si vacatio contingat circa mediam noctem ultimi diei mensis, itaut minimè constare possit an fuerit finitus unus mensis, & cœptus alius, & dubitetur utrùm in mense Apostolico, aut potiùs Ordinario vacatio contigerit, pro possessore est judicandum, Put. *decis. 207. lib.3.* Gonzal. *ad regul.8. Cancel. gloss.11. à n.26.* & pleniùs *infrà.*

14 Si verò nondum adepta possessione unus habeat collationem beneficii à Papa, alius ab Ordinatio si non appareat de proprietate, præfertur qui à Papa impetravit, propter prærogativam concedentis, ut notant per *d.cap. si à Sede Apostolica*, Vezin. *tom.1. commun. opinion. lib.4. tit.11. num.67. vers. & hoc idem, pag.568. col.2.* Cotta *in memorab. verb. hora*, Mascard. *de probat. concl. 314.* Aloys. Ricc. *in collect. dec. part. 4. collect.144.*

15 Sed quando in collatione Ordinarii est apposita hora, & in Collatione Papæ non, tunc collationem Ordinarii prævalere resolvunt gloss. *verb. nec appareat in dict. cap. si à Sede Apostol.* Gomes. *l.45. Tauri, n.148.* Rebuff. *in tract. de pacificis possess. n.299.* Tiraq. *de jure primogen. quæst 17. opin.11. n.3. & de retractu lignag. §.11. gloss.1. n.10.* D. Barbosa *d.l.1. part.2. n.10.* Qua in re advertendum in provisionibus inferiorum cadere suspicionem antidatæ, nisi sint in forma publici instrumenti cum testibus, & aliis solemnitatibus etiamsi aliàs sint in forma litterarum patentium cum sigillo, & subscriptione Episcopi, vel Secretarii ejus, ut censuit Rota *apud Bellamer. decis. 321. & decis. 441. & antiq. de probat. decis. 17. n.1.* idque propter facultatem supplantandi provisiones Apostol. cujus præsumptio ne quidem removeretur ex publico instrumento, in quo essent testes adhibiti, si illi essent domestici, & familiares Episcopi, ut singulariter notat Rebuff. *in praxi sub rub. requisita ad col. bonam, n.12.*

Et

16 Et adverte † non eſſe neceſſariam derogationem regulæ alternativæ in proviſionibus Papæ etiam quod Papa provideat in menſibus alternativæ, quod pluribus Rotæ deciſionibus confirmant Nicol.Garc.*d.c.*1. *n.*19.Aloyſ.Ricc.*in collect.deciſ.part.*5.*collect.*1595.

17 Ordinariam poteſtatem conferendi, quam Epiſcopis(ut ita dicam) Summus Pontifex precario concesserat,coarctare potuit per reſervationes,de quibus tractatus ediderunt Gaſpar. Peruſ. Æneas Falcon. & Simoneta ac Campeg. & aliqua tractavit Rebuff. *in*
18 *praxi, tit. de reſervat.* Et † hujuſmodi reſervationes aliæ dicuntur generales, aliæ ſpeciales:generales ſunt illæ, quæ non de certis beneficiis ſeu pro certis perſonis fiunt, putà de beneficiis Collectorum, ſeu Subcollectorum,officialium Curiæ,&c.ſpeciales verò ſunt,quæ,fiunt de certis beneficiis, ſeu pro certis perſonis. Ita Gemin. *conſ.*12.*n.*4. Caſlad. *deciſ.* 2. *n.*3. *de reſervat.*Lotter. *de re benefic.lib.*2. *q.*26. *n.*24. ex multorum reſolutione colligit Nicol. Garc. *d.c.* 1. *à n.*18.Plures reſervationes tam in Iure,quàm in regulis Cancellariæ reperiuntur,quarum notitia Epiſcopis utilis erit,ne de beneficiis Summo Pontificis reſervatis providere audeant, cùm diſpoſitio omnis inferiorum circa reſervata ſit nulla,*c.nomen* 1.*q.*1.*c. dudum, & c.multum ſtupeo* 3.*q.*6.*c.ſi eo tempore de elect.in* 6. Ideò Nicol.V.per ſuam *conſtit.* incip. *Ad ſacram Petri Sedem,* & Clem.VIII.*in conſtit.*46. incip.*Admonet,de anno* 1534.& Greg.XIII. *in conſtit.*42. incip. *Quæ in Eccleſia Dei, de anno* 1576. annullant collationes factas de beneficiis reſervatis.

Cùm autem reſervatio ſit odioſa, gloſſ. *verb.finitur, in cap.præſenti, de offic. deleg.*Biſign.*deciſ.* 1. *in fine de præbend.* Caſlad. *deciſ.*3.*n.*5.*de reſervat.* eaq; non inducatur,niſi in caſibus in jure expreſſis,Caſſad *deciſ.*2.*n.*9.*de reſervat.* Simonet. *de reſervat. qu.*5. cum aliis ibi relatis *in appendice,* Rot.*in Seguntina Archidiaconatus & Canonicatus,*19.*Martii* 1601.coram *Card.Lancelloto jun.*impreſſa per Farin.*deciſ.*45. *n.*3.*part.*1.*recent.*ideò operæpretiũ duxi aliquos caſus referre, quibus beneficia S. Sedi Apoſt. reſervata reqeriuntur, ut Epiſcopus eos non ignoret,ac proinde ne in hujuſmodi beneficiorum collationibus intromittat.

19 In primis reſervantur de Iure diſpoſitioni Romani Pontificis omnia beneficia vacantia apud Sedem Apoſtolicam,ſeu in Curia *in c.*2.*& cap.ſtatutum, & in c.præſenti, de præbendis in* 6.*& Clem.*1.*ut lite non conteſt.* Simonet. *de reſervat. quæſt.*30. Cambar. *de offic.& poteſt Legati de Latere, lib.*3.*tit. de poteſtate legati in beneficiis conferendis, n.* 123. Nicol. Garcia. *d.cap.*1.*à n.* 68. Anaſtaſ. Germon *de indultis Cardin.*§. *per quæ ſublatis.n.*34.Flamin. *de reſignat. lib.*2. *quæſt.*16.*n.*18. Rebuff. *de nominat. quæſt.* 15.*n.* 27. Valaſc. *conſil.*163.*num.*8.Aloyſ.Ricc. *d.reſolut.*333. *verſ.quartò,* Vgolin.*d.c.*50.§.2.*num.*2. *verſ. quartò,* Valennz.*conſ.*57.*n.*2.*&* 4.Perez de Lara *de anniverſ. & Capell.*2.*p.c.*30.*n.*12.me citato *in hoc loco,*Rebuff. *de pracell.Epiſc.dignit.p.*2.*c.*9.*n.*26.Rot. *deciſ.*740. *n.*1.*part.*2.*recent.* Rebuff.*in praxi,tit.de forma mandati Apoſtolici,pag.*732 Zerola *in praxi Epiſc. p.*1. *verb.beneficia, verſ.ad ſecundum, pag.*38. noviſſimè Marcel. Uulpe *in d.praxi, c.*48. *num.*4. In tantum,
20 quod † ſi Ordinarius provideat de beneficio,quod vacavit in Curia,proviſus non habebit titulum coloratum,Valaſc.*conſult.*79.*n.*7.*& ſeq.* Quod adeo certum eſt, ut ſi reſervetur certum beneficium ad favorem certæ perſonæ,licèt adjiciatur clauſ. *etiãſi generalier, vel ſpecialiter reſervatum,*&c.non tollitur hæc reſervatio major in corpore Iuris,de qua *in d.c.*2. Lotter.
21 *d.q.*26.*n.*25.Et † illud beneficium dicitur vacare apud Sedem Apoſtolicam, ut ſit reſervatum, quod vacavit in locis vicinis ipſius Sedis Apoſtolicæ, & Romanæ Curiæ,vel propè eam intra duas diætas legales,ut diſponit text.*in dicto c.præſenti*, & docent Gonzal. *ad reg.*8.*Cancell.gloſſ* 43.*n.*45. *cum ſequent.* Azor. *inſt. moral part.*2.*lib.*6.*c.*346.*verſ.porrò,*Moneta *de option. can.cap.*3. *n.*18.

Beneficia etiam apud Sedem, ſeu in Curia vacare 22
dicuntur non ſolum per obitum in illa (ex qua tantummodo inſurgit reſervatio clauſa in corpore Iuris (ut probant *dict.cap.*2.*d.cap. præſenti, de præbend. in* 6.*Extravag.ex debito,Ioan.XXII.de elect.& extravag. ad regimen. cum ſeq. & Extravag. piæ ſollicitudinis, de præben.* quia beneficium illius, qui eſt mortuus in Curia,dicitur reſervatum, Rot.*deciſ.*700. *n.*4.*apud Farin.p.*1.*recent.*ſed etiam per reſignationem factam in manibus Papæ,quam conſtat verè,& realiliter dici vacationem in Curia, etiamſi mediante procuratore alibi conſtituto, Ioan. Andr. *in dict. cap.*2. *c.*7. quem ſequitur *ibi* Anchar.*ſub n.*1.*ſuper verb. apud Sedem,*Gemin.*n.*7.& alii paſſim, latè Simonet. *de reſervat.q.*28.*à n.*1.Lotter. *d.lib.*2.*q.*27. *n.*331. ex qua vacatione facta per reſignationem, ut ſuprà, non inducitur reſervatio clauſula in corpore Iuris, cùm non ſit per obitum; ſed inducitur ex appoſitione manus Papæ,quæ habet vim reſervationis ſpecialis, ut clarè determinant *Extravag. Ne Romani,* §. *nos qui vigiliis,verſ.Romani, quoque Pont. de præbend. inter commun.*Gonzal. *gloſſ.*52. *n.*7. Vnde etiamſi reſolvatur reſignatio, putà propter regulam de viginti, non tamen reſolvitur reſervatio inducta per appoſitionem manus validam, Roman.*conſ.*342.*à n.*1. Sarnen. *ad reg.de infirmis, q.*33. *ad fin.* quod non ſatis videtur perpendiſſe Simon.*dict.q.*28.*ſub n.*6.ut doctè advertit Lotter. *de re benefic.d.lib.*2.*q.* 27.*n.*35.*gloſſ. verb. mori,in Clem.*1.*ut lite pendente.*Navar.*conſ.fin.de renunciat.*Flamin. *lib.*1.*q.*4. *n.*54. Moneta *d.c.*3. *n.*37. Nicol.Garc.*dict.c.*1.*n.*37.Aloyſ.Ricc. & Ugolin. *ubi proximè.*

Unde Ægid *p.*7.*q.*2.Andr. Gambar. *de permutat.* 23
*benef.p.*2.*n.*157.quos refert, & ſequitur Azor. *inſtit. moral.p.*2.*l.*7.*c.*30.*q.*9.reſolvunt quod ſi duo Clerici Bononienſes in Curia Romana, ubi etiam Epiſcopus Bononienſis commoratur, ſua beneficia permutent, eo ipſo vacant in Curia,per *c. licèt canon.de præbend. in.* 6& idem Gambard. *p.*2.*n.*67. & Azor. *dict.q.* 9. tenant reſignantes beneficia in Curia Romana permutationis cauſa, ſi non moriantur extra Curiam ambo,vel unus illorũ ante permutationem completã, vacare ea beneficia in Curia, qui non habetur ratio temporis,in quo mortui ſunt clerici, ſed ejus in quo reſignarunt, quia tunc beneficia vacaſſe intelliguntur.

Sic etiam in Curia beneficia vacare dicuntur,quãdo ibi privatio, aut alii vacationis modi inducuntur, 24
Moneta *dict.c.*3.*num.*36.Nicol. Garcia *d. c.*1.*n.*73. & *num.*79.reſolvit, quod ubi privatio inducitur à Iure,ſeu ex decreto propter actum poſitivum, beneficium dicitur vacare,ubi fit actus, ob quem inducitur privatio à Iure,ſeu decreto. Beneficium igitur vacans per ſententiam privationis latam in Curia contra ſe defendentem,vel verum contumacem,qui de Iure habetur pro præſenti, dicitur vacare in Curia,quia data tali præſentia,ſive vera,ſive falſa,propter talem contumaciam etiam moraliter loquendo, verè & realiter talis vacatio in Curia contingit,ut conſiderat Verall. *deciſ.*64.*n.*1. *&* 2. *p.*1. *& deciſ.* 327.*p.*3. ſecundùm quam intelligenda eſt Rot.*dec.*35. *de præb. in antiq.* quatenus ponit regulam univerſalem, beneficium vacare in loco,ubi quis eo privatur, ex Doctrina Franc. *in cap.præſenti,ſub n.*4 *verſ. adde,de præb.in* 6.ubi refert hoc inter caſus vacationis in Curia diſtinguens tamen inter effectum directum,& conſequutivum, ut ibi per eum cum aliis alligatis per Verall. *ubi ſuprà,* refert Melch.Lotter. *d.l.*2*q.*27.*n.*30. obſervans *n.* 31. tale beneficium eſſe reſervatum virtute *Extravag. ad regimen. de præbend. inter commun.* non tamen ea

reſervatio

reservatione, quæ dicitur clausa in corpore Iuris. Sic etiam vacatio inducta per decretum de dimittendo, non malè dici potest vacatio in Curia, Rot. *decis.* 65. *de rescript. in antiq.* Simon. *de reservat. q.* 27. *n.* 36. ubi *n.* 37. subdit idem statuendum circa vacationem per assecutionem, ex Extrav. *ad regimen, de præbend. inter commun.*

De his tamen beneficiis apud Sedem Apostolicam vacantibus Pontifex intra mensem à die vacationis providere debet, alioquin dicto tempore elapso valebunt collationes ab Ordinariis factæ potestate ordinaria, proindeque ac si nulla unquam reservatio extitisset. *d. c. statutum*, Anton. Fab. *lib.* 1. *definit. forens. tit.* 2. *definit.* 32. quod verum est in vacationibus apud Sedem, nam in cæteris nullum est præfinitum tempus ad conferendum, Ant. Falcon. *q.* 5. *princip. effectu* 20. Gaspar. Peruf. *tract. de reservat. q.* 5. Mensis autem de quo suprà, incipit currere à die vacationis, non scientiæ, gloss. *verb. numerandum, in d. cap. statutum*, Anton. Fab. *d. tit.* 1. *definit.* 35. Advertendum tamen, quod restrictio hæc ad mensem non operatur, quod post mensem omni modo excludatur Pontifex, ut conferre nõ possit, sed hoc tantum, ut post hunc mensem manus Ordinarii ulterius non censeantur ligatæ: potest tamen Papa moram purgare in conferendo beneficia vacantia in Curia, quæ intra mensem non contulerat; si tamen res sit integra, ut resolvit Massobr. *in praxi habendi concursum, requis.* 7. *dub.* 49. ubi *dub.* 50. quærit an valeat collatio Episcopi qui contulit intra mensem Papæ, si postea Papa de illo non provideat? & *dub* 48. observat hodie dari litteras super beneficiis vacantibus in Curia Datarii sub die obitus. Et quod in beneficiis vacantibus in Curia non cadat consuetudo optandi, ostendit Moneta *d. c.* 3 *n.* 13.

An idem sit vacatio apud Sedem, ac vacatio in Curia, dubitari potest, cum plures ex Doctoribus suprà citatis confusè, ac promiscuè uno pro alio utantur. Veritas tamen est, quod vacare apud Sedem est quando beneficium vacat per obitum in Curia, juxta *d. c.* 2. *de præbend. in* 6. juncto *c. statutum* 3. & *c. præsenti* 34. *eod. tit. & libro*, Lotter. *d lib.* 2. *q.* 27. *n.* 5. *cum seqq.* & *n.* 28. per quod dictum *c.* 2. in certis casibus extenditur ad duas diætas extrà curiam Romanam: quod intellige per obitum Curialium, seu aliorum non habentium originem, & domicilium Romæ, nec de beneficiis sitis in Urbe, quia in his non habet locum vacantia apud Sedem *d. c.* 2. *de præbend. in* 6. Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancell. gloss.* 13. *n.* 13. & *præcipuè n.* 14. *cum seqq.* Vacare autem in Curia dicuntur beneficia non solùm quando vacant apud Sedem per *d. c.* 2. sed pluribus modis, quos prosequitur Monet. *dict. c.* 3. *n.* 18. Garc. *dict c.* 1. § 1. *à n.* 68. Gonzal. *d. gloss.* 13. *per totam.* Vnde licèt vacatio apud Sedem per *d. c.* 2. *de præbend. in* 6. quæ aliàs dicitur clausa in corpore Iuris, sit vacatio in Curia, dicuntur vacationes apud Sedem in puncto Sarnen. *de triennali q.* 31. *à princ. usque ad* §. *secundus igitur*, optimè Covar. *pract. c.* 36. *n.* 4. *vers. cæterùm ad hanc*, Benè Put. *decis.* 36. *aliàs* 38. *in novis, lib.* 2. tenet Rot. *in Cordubens. Capellaniæ*, registrata per Garc. *d. p.* 5. *cap.* 1. *n.* 425. ad quam ipse refert *nu.* 88. Gonzal. *d. gloss.* 13. *n.* 29. ubi firmat quid sit vacare apud Sedem & *n.* 48. ubi firmat vacare apud Sedem esse vacare in Curia, non tamen è converso, ut *n.* 49. & 50. ubi cum Sarnen. *d. q.* de triennali, respondet ad gloss. *verb. in Curia, in c statutum* 3. *de præbend. in* 6. quod vacare in Curia impropriè dicitur vacare apud Sedem, & *n.* 53. dicit quod vulgariter dici solet vacare in Curia pro vacare apud Sedem, & *n.* 53. quod propriè loquendo licèt vacare apud Sedem sit vacare in Curia, non tamen è contra, ex Put. *d. decis.* 36. *aliàs* 38 *in novis, lib.* 2 & ut id unico verbo dicam, vacatio apud Sedem est vacatio per obitum vera, aliæ vacationes dicuntur fictè in Curia, & illa dicitur in corpore Iuris clausa, aliæ non. Hæc quidem post primã hujus tractatus impressionem mihi animadvertit Conlusitanus noster Doctor Odoardus Pinto, utriusque Iuris consultissimus, ac in Romana Curia Advocatus integerrimus.

Limita *primò* in beneficiis juris patronatus laïcorum, per gloss. *in c. licèt de præbend. in* 6. ubi Gemin. *num.* 12. Dec. *cons.* 149. *n.* 6. dum tamen fundatione, vel dotatione fuerit acquisitum, secus si privilegio. Lancell. *decis.* 304. *p.* 2. *divers.* Simonet. *quæst.* 9. Est tamen valida hæc causa vacationis in Curia ad inducendum supremum Pontificem ad dispensandum, & in totum derogandum juripatronatus, Covarr. *pract. c.* 37. *sub n.* 4. post Mandos. *in signatura gratiæ, in verb. derogationes jurispatronatus*, & Staphil. dicit Flamin. *de resignat. lib.* 2. *qu.* 4. *n.* 45. Novissimè Melch. Lotter. *de re beneficiar. lib.* 2. *q.* 8. *sub tit. Iurispatronatus causa finalis quæ, vers. primò*, Rota *in Placentina Capellaniæ*, 19. *Ianuarii* 1622. coram *R. D. Coccino, & in Comaclen. & Ferrarien. Præposituræ & beneficii* 15. *Decemb.* 1615. coram bon. mem. *Remboldo*, Ferentil. *in annot. ad decis. Buratti* 769. *n.* 12. *in med.* & hoc procedit nedum in reservatione expressa, verùm etiam tacita, quæ resultat ex appositione manus Papæ, Garc. *de benefic. p.* 5. *c.* 1. *n.* 591. Maresc. *var. l.* 2. *c.* 94. *n.* 26. 25

Generaliter tamen beneficia juris patronatus laïcorum ex fundatione, vel dotatione, non comprehenduntur in reservationibus, etiamsi sint generales, & in corpore Iuris clausæ, nec Legatus à latere illa potest conferre, Roch. *de jurepatronat. verb. competens, q.* 24. *n.* 54. me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *d. disp.* 2. *punct.* 16. *n.* 9. Lambertin. *part.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 6. *art.* 2. & *part.* 3. *qu.* 9. *art.* 16. Simonet. *quæst.* 6. Selva *part.* 3. *quæst.* 11. *qualit.* 12. *num.* 12. & 21. Palat. *in libello de benef. in Curia vacant* 2. § 11. & 12. Gamb. *de officio Legati lib.* 3. *à n.* 239. & 242. Covar. *pract. cap.* 36. *n.* 2. & 5. Ioseph. Ludov. *tom.* 3. *commun. opinion. tit. de jurepatron. concl. un. amp.* 19. *vers. declarat.* 12. *pag.* 531 Hojeda *de incompatib. benefic. c. fin. n.* 109. Azeved. *l.* 5. *n.* ... *tit.* 6. *lib.* 1. *novæ recop.* Spin. *in speculo testam. gloss.* 4 *n.* 44. Cald. Pereira *in respons. pro Peñeranda, num.* 1. Rebuff. *de nominat. quæst.* 8. *num.* 22. & *quæst.* 15. *num.* 2 Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ cap.* 35. *num.* 2. & 4. Perez *lege* 2. *vers. dubium etiam, tit.* 6. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 150. Menoch. *consil.* 90. *nu.* 85. Put. *decis.* 319. *lib.* 1. Valasc. *consult.* 163. Gonzal. *ad regul.* 3. *Cancel. gloss.* 18. *num.* 2. Ceval. *communium contra commun. q.* 897. *n.* 452. *cum seq.* Cened. *ad Decretal. collect.* 79. *n.* 1. & *ad Sextum. collect.* 21. *num.* 1. Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 236. *vers. tertiò*, latè Monet. *de option. c.* 3. *q.* 3. *à n.* 113. Achil. *decis.* 3. *de jurepatron.* Seraph. *decis.* 1334. *n.* 6. Card. Cavaler. *decis.* 639. *num.* 4. Greg. XV. *dec.* 48. *n.* 3. Rota *dec.* 680. *nu.* 2. *part.* 1. *recentior.* & *decis.* 541. *part.* 2. & *in Leodien. Parochialis*, 18. *Decembr.* 1623. & *in Bergomen. Capellaniæ*, 26. *Aprilis* 1627. coram *R. P. D. Merlino, & in Mutinen. plebis & Iurispatronatus*, 21. *Februar.* 2625. coram *R. P. Coccino Decano*, quæ quidem resolutio *primò* procedit quamvis juspatronatus sit mixtum, partim scilicet spectans ad Ecclesiasticos, & partim ad laicos, quia ad effectum exclusionis reservationis censetur merè laicale, Covar. *d. c.* 36. *num.* 55. *vers.* & *ideò*, Achil. *d. decis.* Put. *decis.* 157. *lib.* 3. Seraph. *decis.* 719. *num.* 4. & *decis.* 1334. *num.* 7. Cabal. *decis.* 547. *num.* 5. & *decis.* 639. *num.* 4. Gonzal. *d. gloss.* 18. *n.* 13. & 14. Garc. *d. p.* 5. *c.* 1. *n.* 582. Lotter. *de re benef. lib.* 2 *q.* 10. *n.* 76. *Secundò* procedit, etiãsi in reservatione adsint illa verba, *ad cujuscunq; collationem, provisionem, electionem, præsentationem, & quamvis aliam dispositionem pertineant.* Ita Mandos. *ad reg.* 1. *Cancell. quæst.* 10. *n.* 2. Gig. *de pension. quæst.* 19. *num.* 7. aut etiamsi adsit clausula, *Motu proprio*, Polydor. Ripa *de actis in mortis art. c.* 54. *n.* 22. Monet. *d. c.* 3. *n.* 114. 26

qui

qui *numeris sequentibus*,cum Covar.Mandos. & aliis *cit.loc.*† id procedere asserit,licèt beneficia sint mixta jurispatronatus clericorum , & laïcorum , & licèt essent de jurepatronatus competente clericis ratione bonorum patrimonialium,cum tanquam laïcale censeantur.

27 Limita tamen *primò* in jurepatronatus laïcali, quando eis non competit ex fundatione,constructione vel dotatione,sed ex privilegio,vel præscriptione.Nicol.Garc.*p.5.cap.1.n.573.* Derogationes autem quãtumcunque generales , nunquam extenduntur ad patronatus Regios,Concil.Trid.*sess.25.de reform. c.9.* Callist Ramirez *de lege Regia* §.27. *n.*18. Alfar. *de officio fiscalis gloss.2 n.*19.Gonzal. *ad* 8. *reg. Cancell. gloss.19.n.97.cum seq.& gloss.24 n.*159. Nicol. Garc. *d.p.5.c.1.n.219.& 575.* novissimè Ioannes de Solorzan. *de jure Indiarum tom.2. de Indiarum gubernatione, lib.3. c.2 n.*19.

28 Limita *secundò* in beneficiis Regularibus,quæ non veniunt in reservatione vacationis in Curia , Gonzal. *ad reg.* 8.*Cancell.gloss* 8.*n.*11.

29 Limita *tertiò* ubi beneficia curam animarum habentia vacant,Apostolica Sede vacante , tunc enim ad Ordinarium collatio ob animarum periculum pertinet:idem si vacent in Curia vivo Pont. sed ante collationem Apost. Sedes vacat, *cap. si Apostolicæ* 35. *de præbend.in* 6.Rebuff. *de nominat.q.*15. *n.*28. *vers. secundò fallit.*Ugol.*d.*§.2.*vers.quartò* Gonzal.*ad reg.* 8.*Cancel.*§.5.*proœm. n.*125. *cum sequentib. & gloss.* 24. *n.*111. *&* 117.

30 Limita *quartò* in beneficiis illorum , qui in Urbe degunt ratione originis,vel domicilii, nisi etiam Curiam sequantur , & Curiales existant,gloss. *verb. originis,in c.præsenti* 34.*de præb.lib.*6.Mon. *d.c.*3. *n.*25. Rot.Rom.apud Farin.*decis.*616.*n.*1.*in novissimis novissimarum,alias p.*4.*divers.* Lott.*d.lib.*2. *q.*32.*n.*39.

31 Limita *quintò* in beneficiis de Urbe,in quibus locum non habet reservatio de beneficiis vacantibus apud Sedem Apost. Ita Gonzal.*gloss.*13.*n.*14.

32 *Secundò* Reservationis beneficia dispositioni Romani Pont.per solam appositionem suæ manus, quãvis inutiliter factam,ita quòd si Papa providet alicui, vel provideri mandat de aliquo beneficio, si provisio fuerit nulla , utpote facta inhabili , vel incapaci, aut propter subreptionem, vel alium defectum , beneficium remanet Papæ affectum , & in illo Ordinarius non potest se intromittere,etiamsi aliàs non fuisset reservatum,ut probat *c.ut nostrum* 56.*de appellat*,resolvunt Rebuff.*in praxi, tit.de reservat.n.*30. *&* 34.Simon.*quæst.*58.Zech. *de benef.c.*5.*sub n.*6. Henriq. *in sum.lib.*13.*de excom.c.*14.§.2.*litt.O*,Gonz.*ad reg.*8. *Cancell.*§.3.*proœm.n.*146.*& gloss.*52.Rot.*decis.*190. *n.*6.*p.*2.*recent.* Nicol. Garc. *d.c.*1.*à n.*138. Intellige quatenus actus ille appositionis manûs non impeditur sortiri effectum ex contraria mente ipsius Papæ,veluti cum processit sub conditione aliqua ; quia tunc nec quidem decretum afficit,cum conditio nihil ponat in esse.Simonet.*de reserv.q.*60.*n.*2.Lotter. *d. lib.*2.*q.*26. *n.*36.Rot.*dec.*290.*n.*8.*p.*2.*recent.* Reservatio per appositionem manûs Papæ majoris potentiæ est , quàm reservatio deducta ex reservationibus generalibus. Rot.apud Farin.*dec.*401.*n.*2.*p.*2. *recent.* Et reservatũ non dicitur beneficium,seu affectum ex qualibet appositione manuum Papæ , sed ita demùm , nisi Papa moveatur ex falsa causa tangente pertinentiam collationis,ead.Rot.*decis.*186.*n.*4.*& p.*2. *recent.* ubi contrarium tenentes declarantur ; secus verò quando est error circa qualitatem provisi , ut *ibidem* dicitur *n.*5. Neque omnis appositio manus afficit beneficium,sed ea tantùm, ex qua resultat mens ulteriùs providendi, ut in Commenda,& unione ad vitam,Gonzal.*d.gloss.* 52.*n.*38.*&* 42. Garc. *d.p.*5.*cap.*1. *ex n.*175. Lotter.*d. lib.*2.*q.*26.*n.*30.

Papa quando manum apposuit in aliqua commissione signanda , per talem signaturam voluit totum negotium ad se advocare,& inferiorum manus ligare 36
Gonzal.*dict. gloss.*52. *n.*31. Camil. Borel. *in summa omnium decis.tit.*4.*num.*11.Maranta *disp.*6.*n.*21.Rebuff. *tom.*1.*ad leges Galliæ,tract.de evocat.n.*110.*pag. mihi* 271.faciunt quæ Covarr.*pract.c.*9.*n.*5.*in princ.* Menoch.*cons.*340.*n.*49.D.Barbosa *in l.*1.*ff.de judic. tract.*4.*n.*42. Verùm quando Papa non universaliter manum apposuit,sed determinatè solùm ad aliquem certum effectum , per hujusmodi manus Papæ appositionem beneficium non remanet affectum,sed illud per obitum illius,qui resignare intendebat,potest Ordinarius conferre,Lancellot. *de attent.p.*2.*c.*10. *n.*9. Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gloss.*52.*n.*50. ubi quod manûs appositio Papæ ad effectum providendi ex vacatione per resignationem , non inficit provisionem per obitum.Nicol.Garc.*d.p.*5.*c.*1.*n.*155.dum ait , quod decretum in resignatione factum, vel manûs appositio Papæ in eadem,licèt operentur, quod nullus inferior possit in eadem vacatione conferre,tamen non inficit provisionem per obitum,Mart.*d.claus.p.*1.*claus.*191. *n.*11.ubi tradit quod quamvis appositio manus Papæ operetur,ut nullus inferior possit manus apponere, & conferre,tamen hoc procedit in resignatione,secus in provisione per obitum. Ratio autem omnium , quæ suprà diximus , illa solet assignari, quia resignans in favorem certæ personæ, videtur conditionaliter resignare , videlicet dum tamen beneficium illi quæratur, & jus quod alteri non quæritur, à me non abdicetur, Put.*dec.*158.*n.*2.*l.*3.Flamin.Paris.*de resignat. benefic. l.*1.*q.*3.*n.*8.*cum seqq.* Anastas.Germon.*de indult.Card.* § *si verò illa,n.*72.Greg. XV. *dec.*159.*n.*8. Stephan. Gratian.*discept.forens.c.*159. *n.*21.*cum seqq.*

Tertiò. Reservantur dispositioni Summi Pontificis beneficia vacantia Sede Episcopali vacante,cujuscumque speciei, & qualitatis sint , per Bullam Pii Quinti incip. *Sanctissimus in Christo Pater* , referunt Aloys. Ricc.*dict. praxi fori Ecclesiast. resol.*333.*n.*2. *versic. excipiuntur tamen primò*,Ugolin.*dicto* §.2.*n.*2.*versic. excipiuntur tamen primò*,Azor.*instit.moral. p.*2.*lib* 6. *c.*34.*quæst.*11.*vers.ejusdem.* Flamin.*de resignat.lib.*2. *q.*16.*n.*30.

Quartò collatio beneficiorum,quæ vacant propter crimen hæresis cum cura, & sine cura,sæcularia quorumvis Ordinum , etiam S.Ioannis Hierosolymitani, & aliarum quarumvis Militiarum,regularia quæcumque , & qualiacumque sint, ut habetur *in Bulla* 29. ejusdem Pii Quinti,incip.*Cùm ex Apostolatus*,quæ est *in Bull.novo,tom.*2.*pag.*213.*sub dat.* 6. *Kalend. Febr.* 1566.referunt Aloys.Ricc.*de resol.*333.*vers.secundò, & in collect.decis.p.*5.*collect.*1659.Ugolin. *d.*§. 2.*v. secundò*, Gonzal.*d.gloss.*51.*n.*101.Nic.Garc. *d.c.*1.*n.* 81.Piasec.*in praxi nova Episcop.d.c.*5.*ante n.*4.Azor *instit.moral.p.*2.*lib* 6.*c.*34.*q.*12.*vers.Pii quoque*, Flamin.*d.quæst.*16.*n.*29.me citato *in hoc loco*,Castro Palao *in opere moral.tom.*2.*tract.*13.*disput.*2. *puncto* 24. *num.*3.

Dubitavi,an provisio facta de beneficio incarcerati 37
propter crimen hæresis , sit valida ante sententiam criminis declaratoriam ; in quo dubio si rigorem Iuris spectemus, videbitur resolvendum,esse invalidam, cum beneficia antequam vacent,conferri non possint, *cap.*1.*&* 2.*de concess.præbend.*& quod † beneficium 38
dicti incarcerati non vacaverit ipso jure à die commissi delicti , nisi post sententiam prolatam , videtur deduci ex text.qui pro contraria parte solet allegari,*in c.ad abolendam*,§.1.*de hæreticis*, ubi sic habetur: *Sancimus,ut quicumq; fuerint in hæresi deprehensi , si clericus est,vel cujuslibet religionis obumbratione fuscatus,totius Ecclesiastici ordinis prærogativa nudetur, & sic omni officio & beneficio spoliatus Ecclesiastico, sæcularis relinquatur.* Ex quibus pondero verba illa,

illa, *nudetur*, & *spoliatus relinquatur*, quæ cùm sint præsentis temporis imperativi modi, ad judicem directa, important tantum privationem per sententiam ferendam, sed requirunt aliam personam, nimirum judicis, ut pœnam infligat; uec in aliis Iuribus, quibus hæc pœna statuitur, prout *in c.excommunicamus, §.credentes, de hæret.* cum similibus, inveniuntur verba significantia privationem, & sententiam ipso jure latam, quam quidem nullum crimen inducit, nisi sit jure cautum, ex multis, quos refert Nicol. Garc. *p.*11. *c.*10.*n.*3. & in dubio nunquam præsumitur, nec intelligitur privatio ipso jure, sed per sententiam. Put. *decis.*129.*lib.*3. Achil. *decis.*1.*de pœnis*, Gonz. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*15.*n.*153. Verùm licèt hæc opinio in Iuris rigore vera sit, communis tamen sententia est in contrarium, quæ asserit hæreticum beneficio esse ipso jure privatum, Abb. *in c.inter dilectos, n.*11. *de excess. Prælat.* Covar. *lib.*2.*var.c.*8.*n.*4. plures per Nicol. Garc. *de benefic.c.*10 *p.*11.*n.*60. quibus adde Farin. *de hæresi q.*189.*num.*77. & Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.*2. *c.*26. *n.*5. Ricciul. *de jure personar. extra gremium existentium, lib.*5.*c.*19.*n.*9. Et ob id posse à quocumque impetrari ante sententiam, resolvit Flamin. *lib.*3. *q.*1. *n.*30. tenuit Rota *in una Mutin. Capellæ*, 16. *Iunii* 1562. coram *Paleoto*, ubi fuit resolutum beneficia hæreticorum vacare in partibus ubi fuit commissum delictum & non in Curia, ubi sententia lata fuit; nam vacant ipso jure, & possunt impetrari, & conferri etiam ante sententiam: habetur *decis.*707. *n.*3. & 4. *lib.*3. *diverf.* referunt Mandos. *de signatura gratiæ de absolutione ab hæresi, verf. hæreticorum beneficia*, Flam. *de resign. lib.*3.*q.*1.*n.*32. Aloys. Ricc. *in collect. dec.p.*5.*collect.*1659. Nic. Garc. *ubi sup.* Ricciul. *de jure personar. extra gremium Ecclesiæ exist. lib.*5.*c.*19. *n.*11. ubi *n.*12. verum asserit quod ad hoc ut privatio suum plenarium sequatur effectum, requiritur sententia declaratoria hæresis incursæ, nec antè poterit hæreticus removeri à possessione: & *n.*13. quod hæreticus post hæresim contractam non potest resignare.

39 *Quintò* Beneficia vacantia per privationem sunt reservata dispositioni Summi Pont. ex Constitut. Pauli III. incip. *Sanctissimus*, quæ est in ordine 67. Aloys. Ricc. *d. resolut.*333. *verf. decimò*, videlicet beneficia vacantia per simoniam, quia est crimen quod æquiparatur crimini hæresis, & læsæ majestatis *in c.*1. *ubi gloss. ult. de testibus in* 6. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.*2. *c.*5. *n.*36.

40 *Sextò.* Beneficia collata personis prohibitis propter suum genus, aut propter crimen hæresis, vel apostasiæ à Fide, nullius sunt momenti, sed ad novam Romani Pont. provisionem pertinent, ut habetur *Bulla* Gregorii XIII. 66. incip. *Ecclesiis: est in Bull. novo tom.*2. *pag.*448. *sub dat. Idibus Novembr.* 1580. referunt Azor. *quæst.*12. *verf. Gregor. XIII.* Flamin. *d.q.*16.*n.*31. Gonz *d. gloss.*51.*n.*103. Aloy. Ricc. *d.resol.*333. *verf. tertiò*, Ugolin *d.*§.2. *verf. tertiò.* Mantic. *decis.*158. *n.*1.

41 *Septimò.* Beneficia quæcunque recepta in confidentiam, quæ vacant, ipso jure Apostol. Sedi reservata sunt per Const. Pii IV. incip. *Rom. Pont.* quæ est in ord. 85. *in Bullar. novo tom.*2. *pag.*120. & per Const. Pii V. incip. *Intolerabilis*, quæ est in ord. 78. referunt Navar. *in man.c.*23. *sub n.*110. *versic.*3. Azor. *d.quæs.*12. *verf. idem Pius IV.* Flamin. *de resignat. lib.*2. *q.*16.*n.*26. *& de confident. benefic.q.*7.*n.*79. Aloys. Ricc. *d.resol.*333. *verf. septimò*, Ugolin. *d.*§.2. *verf. septimò*, Piasec. *in praxi nova Episcop. d.c.*5.*n.*4. *in princ.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.*2. *c.*5. *n.*24. novissimè
42 Marcel. Vulpe *in dict. praxi, c.*48.*n.*11. Et † procedit non solùm in beneficiis, in quibus commissa est confidentia; sed etiam in aliis, quæ obtinebat confidentiarius, ut *in Bulla Pii V. verf. sed nec quisquam*, Flamin. *d. q.*7. *n.*81.

Octavò. Beneficia parochialia collata non servata 43
forma Concil. *d. sess.*24. *d. reformat c.*18. sunt reservata per Bullam Pii V. incip. *In conferendis, in Bull. novo tom.*2. *pag.*219. quæ est ordine 32 referunt Azor. *dict. quæs.*12. *verf. ejusdem Pii V.* Aloys. Ricc. *d. resol.*333. *verf. octavò.* Ugolin. *dict.*§.2. *verf. octavò*, Franc. Leo *d.c.*7.*n.*26. & 32. Flamin. *dict. q.*16.*n.*32. novissimè Marcel. Vulpe *d.c.*48.*n.*20.

Nonò. Vbi intra sex menses Ordinarius à die, qua 44
novit beneficium vacare, & conferre potuit, & noluit ad illud providere, tunc collatio ad Capitulum pertinet: quod si etiam intra hoc tempus & ipse negligens fuerit, ad immediatum Superiorem pertinebit, veluti ab Episcopo ad Metropolitanum, ab hoc ad Primatem, ab illo ad Patriarcham, & demùm ad Summum Pontificem, *c.*2. ubi Abb. *n.*7. *& cap. quia diversitatem, de concess. præbend.* Aloys. Ricc. *dicta resol.*333. *verf. sextò*, Franc. Leo *dict.c.*5. *n.*30. Ugolin. *d.*§ 2. *verf. sextò*, novissimè Marcel. Vulpe *d.c.*48. *n.*12. Piasec. *in praxi nova Episcop. d.c.*5. *n.*4. *verf. reservata*, Zerola *in simili praxi Episcop.*1. *verb. beneficia*, §.2. *in princ. pag.*38. ubi hoc intelligit quando hodie darentur omnes isti gradus, sed pro majori parte ab Episcopo ad Archiepiscopum, statim ad Papam fit devolutio, & idem quod dicit in collatione, & præsentatione, Azor. *institut. moral. p.*2. *lib.*6. *c.*27. latè Nicolaus Garc. *de benefic.p.*10.*c.*3. *per totum*, ubi latissimè de materia, & *n.*4. ampliat locum habere in patronis, etiam laicis, & *n.*9. resolvit prædictum semestre non currere Superiori, ad quem gradatim fit devolutio, nisi à die notitiæ, latè Rota *decis.*309. *p.*1. *recentissim. in posthum.* ubi quod collatio si non fiat intra sex menses ab Ordinario, devolvitur, itaut non possit Ordinarius elapso dicto tempore amplius conferre, etiamsi Papa non contulerit; & quod dictum tempus currit solùm à die scientiæ, vel à die, quo scire debuit. Si autem Cardinalis collator non contulit beneficium quod vacavit in mense aliàs Apostolico infra sex menses, ita quod sit locus devolutioni ad Superiorem, juxtà supradicta, an tunc possit conferre Archiepiscopus, qui Cardinalis non est, seu alius ad quem de jure competit devolutio, an verò solus Papa? Vide Gonzal. *ad reg.*8. *Cancellar. glos.*24. *à n.*78. De hac materia pleniùs *alleg.*126. *à n.*37.

Decimò. Sunt specialiter reservata omnia beneficia 45
quæ per resignationem, vel obitum auctoritate Apostolica conferuntur cum decreto, quod provisus Beneficium tunc obtentum in manibus Papæ intra duos menses, aut aliud tempus resignare, seu dimittere teneatur, & quod de eo per Sedem Apostolicam dumtaxat provideri possit, & similes reservationes sunt speciales pro beneficiis tunc expressis, Gonzales *gloss.*11. *n.*69. Monet. *de option.c.*3.*n.*44. Franc. Leo *d. c.*5.*n.*31. novissimè Marcel. Vulpe *d.c.*48.*n.*13. ubi subdit quod dictum tempus appositum dimittendi beneficium incipit currere à die captæ possessionis, non autem à die provisionis.

Vndecimò sunt reservata beneficia vacantia ob non 47
publicationem resignationum, juxta Const. Greg. XIII. in ordine 85. incip. *Humano vix judicio, sub data Nonis Ianuar.*1584. *in Bullar. novo tom.*2. *pag.* 469. referunt Quaranta *in summa Bullar. verb. beneficiorum resignatorum public.* Flamin. *de resign. lib.*11. *in præfat. n.*5. Nicol. Garc. *de benef. p.*11. *c.*3. *à n.*137. Gonzal. *gloss.*51. *n.*106.

Duodecimò. Item beneficia vacantia per violatio- 48
nem sequestri lite pendente in Curia Romana. *Clement. unic.*§. *si quis autem, de sequestr. possess.* Gonzal. *ad regul.*8. *Cancell.*§.7. *præm. n.*8. quia cùm sint in Curia litigiosa, Sedi Apostolicæ sunt reservata, nisi sequestrum fuerit violatum lite pendente in Rota per appellationem, quo casu ut evitetur circuitus, poterit Auditor in odium sequestrum violantis,

beneficium in collitigantis personam conferre, *Clem. Auditor. de rescriptis*, Gonzal. *glos.* 17. *num.* 14. quod est speciale in Rotæ Auditoribus ut per glos. *verb. deputatus à nobis*, *in dicta Clem. Auditor* Et aliis casibus altero decedente non potest Ordinarius de beneficio litigioso in superstitem disponere, quia lite pendente nihil est innovandum. *Clem.* 1. *&* 2. *ut lite pendent.* Et † subrogatio in Iuribus defuncti spectat ad Papam, *c. fin. eod. tit. in* 6. Flam. *de resign. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 105. Gonzal. *glos.* 6. *n.* 146.

48

49 *Decimotertiò.* Reservantur beneficia litigiosa, nam quamvis beneficium litigiosum propriè non dicatur reservatum, tamen ad effectum, ut Ordinarius non possit providere, idem importat litigium quod reservatio, Gonzal. *glos.* 11. *n.* 111. Lancellot. *de attent. part.* 1. *c.* 3. *n.* 90. *& sequent.* Rot. *dec.* 312. *n.* 1. *p.* 2. *recentior.* quod singulariter intelligendum est in beneficiis impetratis propter crimen, si beneficia non sunt litigiosa, sed persona accusata; unde beneficium collitigatoris vacans per ejus obitum in mense Ordinarii, poterit Ordinarius liberè conferre, Simon. *de reserv. q.* 10. *n.* 5. Vnde quoad effectum, de quo suprà, beneficium dicitur litigiosum, quando agitur de jure reali super collatione facta, Rot. *dec.* 342. *n.* 2. apud Farin. *part.* 1. *recent.* non dicitur enim beneficium litigiosum nisi lis sit super titulo, Rot. *dec.* 356. *n.* 3. *in fine p.* 1. *recent.* ubi etiam quod non dicitur litigiosum ad effectum ut possit dici reservatum ex lite inter patronum, & Ordinarium super libertate beneficii, satis autem dicetur litigiosum ex commissione causæ appellationis ex citatione cum inhibitione, & illius exequutione. Rot. *dec.* 455. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* Non dicitur verò litigiosum quando non petitur ut suum, sed ut sibi conferendum, Rot. *dec.* 253. *n.* 5. *part.* 2. *recentior.*

50 *Decimoquartò.* Reservantur dispositioni Sanctæ Sedis Apostolicæ Canonicatus, & Præbendæ Ecclesiæ Metropolitanæ Cæsaraugustanæ mensibus Ianvarii, Aprilis, Iulii, & Octobris. Gonz. *gloss.* 51. *n.* 116.

51 *Decimoquintò.* Beneficia consistentia in Vrbe, in quibus soli Papæ est reservata collatio, veluti Episcopo Romano, *c. si quis Episcopus, post princ.* ibi, *dignetur Episcopus Romanus*, &c. *q.* 1. Æn. Falcon. *de reserv. q.* 2 *princ. n.* 9. Moneta *de optione Canonica c.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 13. *à n.* 3. *& glos.* 3. *n.* 19. ubi tamen scribit non cadere reservationem in Ecclesiis titularibus Cardinalium, sed illos habere jus conferendi, & Ordinariam jurisdictionem, *c. his quæ*, ubi plenè Felin. Abb. & Anton. de Butr. *de majorit. & obed.* quod intellige quando sunt Cardinales in Vrbe; nam in absentia solus Papa confert, ut habetur *infrà regul.* 8. Licèt enim tituli in Vrbe sint, & eorum beneficia jure Ordinario ad Pontificis Maximi, veluti ad proprii Episcopi collationem, & provisionem spectent, ut tamen Pontifices ostenderent Cardinales sibi verè filios, & fratres esse, & ut eos suorum titulorum studiosos per residentiam magis allicerent, pleniorem eisdem dederunt conferendi potestatem, Anastas. Germon. *de indultis Cardinalium*, §. *tam ratione*, *n.* 14.

52 *Decimosextò.* Reservantur beneficia collata à Cardinalibus vigore suorum indultorum, quando provisi intra sex menses à die sibi factæ provisionis computandos, novas provisiones à Sede Apostolica non impetraverint, & jura Cameræ Apostolicæ & aliis propterea debita non persolverint; unde lapso dicto tempore vacant ipso jure, & possunt per alios à Sede Apostolica dumtaxat liberè impetrari, dummodo provisi de legitimo impedimento non docuerint, Gonz. *gl.* 51. *à num.* 109.

53 *Decimoseptimò* reservantur beneficia vacantia in Abbatia S. Crucis Camaldulensi, diœcesis Eugubinæ, per Constit. Gregorii XIII. incip. *Vt Apostolica, de anno* 1578. *Pontificatus sui septimo.* Sed hæc Abbatia fuit unita Collegio Germanico in Vrbe pro sustentatione nobilium Germanorum, qui in dicta Vrbe literis, ac Theologiæ assiduè operam navant.

Decimo octavò. Beneficia Regni Germaniæ vacantia, & vacatura in mensibus Ianvarii, Maii, Iulii, Septembris, & Novembris, juxta Constit. Nicolai Quinti. Gonzal. *d. gloss.* 51. *n.* 99. 54

Decimononò. Beneficia vacantia per delictum offendentis litigantes in Romana Curia, eorumque Iudices, Advocatos, & Procuratores, testes, vel Notarios; nam ratione talis delicti vacant beneficia offendentis, seu injuriantis ipso jure, & sunt dispositioni Apostolicæ reservata, ut disposuit *constit.* 11. Alexandri Sexti, incip. *In eminenti*, *in Bullario novo tom.* 1. *pag* 400. de qua Put. *dec.* 102. *cum duabus seqq. lib.* 1. Rot. *decis.* 161. *part.* 2. *diverf.* Gonzal. *dict. glos.* 51. *n.* 105. 55

Vigesimò. Beneficia illorum, qui seipsos pro aliis examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt pro consequendis beneficiis, aut beneficia impetrant pro aliis ut ab eis aliquid consequantur, vel quando pro seipsis impetrant beneficia cum intentione illa resignandi, vacant enim ipso jure, & soli Sedi Apostolicæ est illorum dispositio reservata, ex *constit.* 12. Pauli IV. incip *Inter cæteras*, *sub dat.* 27. *Novembris* 1557. *in Bullario novo tom.* 1. *pag.* 731. Gonzal. *dict. gloss.* 51. *num.* 107. 56

Vigesimoprimò. Beneficia vacantia ob non delationem habitus clericalis, Sixtus V. *Constit.* 62. §. 2. *circa fin. verf. in futurum*, est *in Bullario novo tom.* 2. *pag.* 653. 57

De Beneficiis in reservatoriis Regulis Cancellariæ Apostolicæ S. D. N. D. Gregorii XV. Sanctæ Sedi Apostolicæ, ejusque dispositioni reservatis.

QVilibet Summus Pontifex initio sui Pontificatus volens dare normam, & ordinem rebus, de novo generales regulas Cancellariæ constituit, addendo aliquid, vel mutando, juxta negotium, & occurrentium causarum varietatem, prout dicitur *in regul.* 28. 58

† Primus omnium Ioannes XXII. qui floruit *anno* 1316. regulas quasdam, sive leges ad Cancellariam tulit, easque in scripta redegit; tulerunt & sequentes Pontifices suorum Prædecessorum vestigiis inhærendo, donec Nicolaus V. eas omnes ad hunc statum, & ordinem reduxit. Sequentes Summi Pont. immediatè post suam creationem eas ordinare solent, Piasec. *in praxi nova Episcop. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 3. *in princip.* Nicol. Garcia *de benefic. p.* 5. *cap.* 1. *num.* 190. nam † cùm expirent morte unjuscujusque Pontif. Menoch. *cons.* 112. *n.* 53. *& cons.* 183. *n.* 12. *& consil.* 190. *à n.* 17. Piasec *dicta p.* 2. *cap.* 5. *num.* 2. *verf Sede item*, Flamin. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 2. *num.* 31. *& lib.* 12. *q.* 11. *n.* 2. Zerol *in praxi, Episcopali p.* 1. *verb. regula Cancell.* §. 7. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 5. *proœm. n.* 2. novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccles. cap.* 48. *num.* 25. reviviscunt per novos Papas renovatæ, ac subrogatæ cum eisdem qualitatibus, & moderationibus, Gonzal. *gloss.* 5. §. 3. *n.* 73. *&* 74. *& gl.* 9. § 2 *num.* 10. † & sic latæ habent vim legis, Zerol. *in praxi Episcopali, dict. verb. Regula Cancellariæ*, §. 8. Imò Regula quælibet facit legem separatam, diversamque reservationem continet. Gonzal. *gloss.* 1. *n.* 8. quæ adeò est stricti juris, ut nec extendi, nec egredi fines suos possit, Flamin. *lib.* 3. *quæst.* 5. *numero* 17. Gonzal. §. 6. *proœm. num.* 13. Nicol. Garcia *dict. cap.* 1. *num* 67. 59 60 61

Advertendum est, quod † ut ligent hujusmodi regulæ, non est necessaria earum publicatio, quia statim ab initio quando sunt factæ ligant, quamvis publicatæ non sint, & beneficia vacantia in isto tempore intermedio 62

intermedio in mensibus Apost. cadunt sub reservatione, Gonzal.§.5.*proœm.n.* 54. ubi *n.*56. dicit quod statim incipiunt ligare quoad effectum nullitatis actus in contrarium, non tamen nisi post publicationem quoad pœnas incurrendas: refert Ioan.à Cochier *in comm.proœm.Reg. Cancel.n.*20. & sic earum publicatio non fit ad effectum, ut innotescat, sed ut appareat de voluntate approbatoria ipsius novi Pontificis, Rota *decis.*256 *n.*3.& 4.*p.*2.*divers.*

63 Unde infertur, quod Sede Apost. vacante cessant Regulæ reservatoriæ, & omnes menses sunt Ordinarii, possuntque Episcopi tanquam ad Ius commune redeuntes (exceptis tamen iis, qui concordatis Nationis Germanicæ subsunt, quorum beneficia etiam Sede Vacante in mensibus Papæ vacantia successori remanent affecta) providere de beneficiis vacantibus in quolibet mense. Massobr.*in praxi habendi concursum,reg.*7.*dub.*43.Caputaq.*decis.*86.*p.*1.& *decis.*214 *part.*2.Rot.*decis.*144.*n.*10.*p.*2. *recent.* Gonzal. *ad reg.*8.*Cancell.*§ 5.*proœm.n.*46.ubi ait quod non solùm erunt omnes menses Ordinarii ante assumptionem novi Papæ, sed etiam antequam faciat regulas Cancellariæ, quæ semper fieri solent die immediatè sequenti dictæ assumptioni, ita quod si etiam in illo medio tempore ab assumptione usque ad editionem Regularum, vacaret aliquod beneficium in mensibus aliàs reservatis, nullum obstaculum Ordinarius habere dicatur, & allegat Gemin. *cons.*92. incip. *In causa Canonicatus*, *n.*1. nisi aliàs beneficia sint affecta,aut Papa postea electus declaret non expirasse reservationem,aut illa de novo reservet, prout fecit Paulus V.fel.record.de omnibus beneficiis tempore suæ assumptionis non provisis in Bulla ad favorem Conclavistarum,*sub dat.pridie Kalend.August* 1605.referente Nicol. Garc. *de benef. part.*5. *cap.*1. *n.*645. *cum sequentib.*& prout fecit etiam S.D.N.Vrbanus VII.generaliter *reg.*68.*Cancellariæ*, ab eo noviter addita,tenoris sequentis.*Item S. D. N. providè considerans consuevisse quandoque Romanos Pontifices prædecessores suos beneficia,quæ vacante Sede Apost. vacare contigerat,dispositioni suæ reservare,intendens de beneficiis hujusmodi tam Conclavistis,quàm pauperibus Clericis,& aliis benemeritis personis providere, omnia & singula beneficia per regulas Cancellariæ Apost. aut quaslibet alias Apost. Constitutiones temporales Rom.Pont.pro tempore existentis dispositioni quomodolibet,& ex quavis causa reservari solita,quæ à die obitus felicis rec. Greg.XV.Prædecessoris sui usque ad diem supradictam septimam Augusti vacaverunt, & de quibus per quoscumq;Ordinarios collatores tunc dispositum non fuerat, suæ dispositioni reservavit decernens irritum,* &c. refert Ioan. Ant. Massobr. *in praxi habendi concursum,requis.*1.*dub.*10.*n.*2.

Cùm autem, ut suprà dicebamus, per mortem Pontificis conditoris vis, & auctoritas regularum Cancellariæ expiret, ut præter suprà citatos tradunt Caputaq.*decis.*86.*n.*3.*lib.*1. Seraph.*decis.* 980.*n.*12. Gom.*in proœm. Regularum, quæst.*1. *n.*2. Ideò Sede Apostolica vacante omnes menses sunt Ordinariorum, possuntque Episcopi tanquam ad Ius commune revertentes, providere de beneficiis vacantibus in quolibet mense, juxta tradita per Caputaq. *d.dec.* 86 *n.*3.*part.*1.& *decis.*214.*n.*5.*p.*2. Crescent. *dec.*3. *num.*4.*de privileg.* Ludov. Gom. *de expect. num.*10. Put. *dec.*462.*num.*3.*lib.*2. Novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic.fori Eccles.c.*48.*num.*25. Gonzal. *ad reg.*8.§.5.*proœm.n.* 46. Verùm in hoc articulo duo casus sunt omnino distinguendi. Primus est quando agitur de reservatione,quæ fit ratione temporis,prout *in reg.* 8. tunc enim reservatio, & affectio non contrahitur, nec inducitur nisi in mensibus *in d. reg.*8.statutis,vacatio beneficii contingat. Et ad effectum hujus reservationis consideratur illud tempus vacationis,Castad.*dec.*8 *n.*9.& 12.*de præbendis*,Rot. *dec.* 774. *num.* 3. & 10.*lib.*3.*part.*3.*divers.*quia hæc reservatio beneficii inducitur solùm in ipso obitu possessoris, & vacationis contingentis tali mense Sedi Apost ad conferendum assignato. Unde si talis vacatio contingeret Sede ipsa Apost. vacante,etiamsi aliàs esset mensis Apostolicus, nihilominus collatio spectaret ad Ordinarium, quia vacatio Sedis Apost. impedit,& excludit reservationem, & regulæ Cancellariæ tunc non operantur, & ita procedunt Doctores allegati, & considerat Gonz. *super reg.*8. §.5. *proœm.n.*94.*post med. vers.secus verò*,& alii inferiùs allegandi. Alter verò est casus, quando agitur de reservatione, quæ inducitur vel ratione personarum, utputà quia possidens beneficium erat familiaris Cardinalium, vel Collector, vel Subcollector, vel alia adesset reservatio, quæ personæ possessoris adhæret, vel ratione ipsius beneficii,vel quia esset prima dignitas, monasterium, vel alio modo ratione rei affectum Sedi Apostol.vacante,attamen collatio spectat ad futurum Papam, quia reservatio hoc casu non inducitur in ipso obitu possessoris,& sic in vacatione, quo tempore jam Regulæ Cancellariæ expirarunt,sed reservatio fuit inducta,& jam infixa à principio statim ac ille fuit familiaris, Collector, vel Subcollector,seu beneficium fuit prima dignitas, aut alio modo antea affectum Sedi Apost. quo tempore Regulæ Cancellariæ vigebant,& suum effectum,nempe reservationem, jam induxerant, & quamvis Sede Apost. vacante dictæ Regulæ, Cancellariæ, tanquam auctoritate tunc destitutæ non inducant eo tempore reservationem, non inde tamen reservationes prius vivente Papa, & regulis vigentibus inductæ & infixæ desinunt, nec expirant,immò beneficium semel affectum semper remanet affectum, *Extravag. ad Rom. de præbend.* Anch. *cons.*138.*nu.*3. Gemin. *cons.*93. *n.*16.qui hoc tritissimum dicit axiomata, Rota *dec.* 10.*de præbend.in novis*,& *dec.*11.*n.*2.& *dec.*31. *n.*1. *eod.tit.*Et in terminis reservationis ratione familiaritatis, vel alterius qualitatis personalis, quod etiamsi familiaris, vel alius decedat Sede Apost.vacante, nihilominus collatio spectet ad Papam, & Ordinarius non possit se intromittere, tradunt Gemin,seu potiùs Felin.ad dictum illius *cons.*93.*n.*16.idem. Felin. *in c. in nostra,corol.*2.*n.*20.*vers.* & *cave,de rescript.* Sarn. *super.reg.de publican.resignat.q.* 6.*n.*6.*versic.sic etiam* Simonet.*de reservat.q.*17.*n.*1.*versic.sed hodie*,& *n.*5. & etiam in terminis reservationis,ex eo quod beneficium sit prima dignitas,observant Gonz.*d.*§. 5.*proœm. n.*93.*versic.quia hoc rectè procedit.* Nicol.Garc. *de benefic.p.*5.*c.*3.*n.*789.ubi *n.*791.refert ita Rotam censuisse *in Abul.Parochialis,*24.*Januarii* 1594. coram Cord.Colliguntur hæc ita eleganter disposita ex adductis *in Andrien. Archidiac.*5.*Decemb.* 1625. coram *R.P.D.Merlino.*

REGULA I.

Reservationes generales & speciales.

IN primis fecit easdem reservationes, quæ in Const. felicis recordationis Benedicti Papæ XII.quæ inc. Ad 64
regimen,*continentur,& illas innovavit,ac locum habere voluit,etiamsi officiales in eadem constitutione expressi Apost.Sedis officiales ante obitus eorum esse desierint,quoad beneficia quæ tempore, quo officiales erant continebant.Declarans nihilominus beneficia quæ dictæ Sedis officiales, qui ratione officiorum suorum hujusmodi ejusdem Sedis Notarii erant, etiam dimissis ipsis officiis,& quandocumque assequuti fuerint,sub hujusmodi reservationib.cõprehendi.Ac reservavit beneficia quæ per Const.piæ memor Ioãnis Papæ vigesimi secundi*

cundi,qua incip. Execrabilis, *vacant vel vacare, contigerit. Quam conſtitutionem, & reſervationem Sanctitati ſua tam ad beneficia, quàm ad alia quæcumque, de quibus Ordinarii collatores contra Concilii Tridentini decreta diſpoſuerunt, & diſponent in futurum, extendit, & ampliavit. Et ea beneficia diſpoſitioni ſua reſervavit, de quibus per dictos Ordinarios, aut alios collatores, contra ejuſdem Concilii decretorum formam diſpoſitum fuerit.* Latè de hac reſervatione Lotter. *de re benef. lib.* 2. 30. *q. per tot.*

Prima pars hujus regulæ innovat reſervationes, quæ continentur in Conſtit. Benedicti duodecimi incip. *Ad regimen*, & habetur inter Extravagantes communes, *ſub tit. de præbendis, & dignit. c.* 13. quâ reſervantur quæcunque beneficia vacatura per obitum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & Officialium Sedis Apoſtolicæ, videlicet Camerarii, Vicecancellarii, Notariorum, Auditorum, litterarum contradictarum, & Apoſtolici Palatii cauſarum Auditorum, Correctorum, & Scriptorum litterarum Apoſtolicarum, ac Pœnitentiarii præfatæ Sedis, ac Abbreviatorum, necnon commenſalium, & aliorum quorumcumque Capellanorum Sedis ejuſdem, & etiam quorumcumque Legatorum, ſive Nuntiorum, ac in terris Eccleſiæ Rom. Rectorum, & Theſaurariorum per Romanos Pontifices ſpecialiter deputatorum, ſeu miſſorum, aut deputandorum, aut mittendorum, ubicumque dictos Legatos, vel Nuncios, ſeu Rectores, aut Theſaurarios, antequam ad Romanam Curiam redierint, ſeu venerint, rebus exire contigerit, ab humanis.

65 Item *in d. Extravag. Ad regimen*, reſervantur beneficia vacatura per diſpoſitionem, privationem, tranſlationem, ac muneris conſecrationis ſuſceptionem, auctoritate Apoſtolica factas, & fiendas, Flamin. *de reſignat. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 27. Gonzal. *gloſſ.* 51. *n.* 32. me citato *in hoc loco*, Caſtro Palao *d. tr.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 17. *verſ. ſecundò.*

66 Item *in eadem Extravag. Ad regimen, poſt med. verſic. Rurſus Monaſteria*, reſervantur beneficia vacantia per promotionem ad Patriarchatuum, Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, vel Monaſteriorum regimina, Æn. Falcon. *de reſervat. q.* 2 *princip. ſub n.* 12. Simon. *eodem tract. q.* 27. Gonzal. *dict. gloſſ.* 51. *n.* 35. Nicol. Garcia *de benefic. part.* 11. *c.* 6. *n.* 30. me citato

67 *in hoc loco*, Caſtro Palao *dict. punct.* 17. *verſ.* 5. † Nam beneficia obtenta vacant ipſo jure per promotionem Epiſcopatum poſt adeptionem poſſeſſionis, & conſecrationem ſequutam, vel poſtquam præfixum tempus ad conſecrationem petendam lapſum fuerit, *cap. cùm in cunctis* §. *cùm verò, de elect.* Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 7. *c.* 9. & *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 2. Flamin. *lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 76. Petr. Greg. *de benefic. c.* 24. *num.* 10. Anaſtaſ. Germon. *de indultis Cardinal.* §. *ſi verò, à n.* 20. Azor *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 26. *quæſito* 12. Card. Tuſch. *practic. concluſ. littera B, concluſ.* 71. Ioan. à Cochier. *ad reg.* 24. *Cancell. n.* 26. Put. *deciſ.* 438. *num.* 1. & 3. *lib.* 2. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. vacatio*, §. 1. Piaſec. in praxi ſimili *in proœm. n.* 8. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum reg.* 1. *dub.* 2. *n.* 14. Vgol. *de officio, & poteſtate Epiſcopi. cap.* 1. §. 2. *num.* 3. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſ.* 15. *num.* 53. Verall. *deciſ.* 400. *n.* 1. *lib.* 2. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 865. Camill. Borrell. *in ſumma omnium dec. tit.* 2. *n.* 84. & 86. Alzed. *de præcell. Epiſc. dign. part.* 1. *c.* 3. *à n.* 76. Steph. Gratian. *diſcept. forenſium c.* 223. *à n.* 31. & *cap.* 296. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1. *c.* 6 *à n.* 1. Serap. *dec.* 110. *per tot.* ubi ait quod de Iure communi ad inducendam vacationem beneficiorum, vel penſionum electi ad Epiſcopatum, duo requirantur; nempe adeptio poſſeſſionis Epiſcopatus, & conſecratio electi: in tranſlato verò de uno Epiſcopatu ad alium, cum jam ſit conſecratus, loco conſecrationis lapſus trimeſtris datum ad conſervandum. Vnde collatio beneficii facta electo in Epiſcopum ante confirmationem, ſeu adeptam poſſeſſionem valet. Garcia *d. c.* 4. *n.* 47.

Advertendum tamen, quod proviſus per Romanum Pontificem (quæ proviſio & electionis, & confirmationis vim habet) ſtatim quod per eum promotus eſt, beneficia ipſius poſſunt conferri tanquam vacantia, non expectata conſecratione, ut de ſtylo Curiæ ſervatur, ita ut jam non poſſint renuntiari. Ita Flamin. *dicta quæſt.* 1. *num.* 77. Azor. *dict. quæſt.* 12. Ugolin. *d.* §. 2. *num.* 3. Anaſtaſ. Germon. *d.* §. *ſi verò, num.* 21. Granut. *ad Simonet. qu.* 27. *num.* 6. Seraphin. *d. deciſ.* 110. *num.* 2. ubi intelligit quando in promotione, vel tranſlatione Papa decernit beneficia vacare, & ſic quando adeſt expreſſum vacationis decretum, aliàs ſecus, Alzed. *p.* 1. *cap.* 3. *n* 76. *cum ſeqq.* Quicquid velit Ioan. à Cochier. *ubi proximè.* † Niſi prorogatio, vel retentio obtenta fuerit, 69
Covar. *pract. c.* 36. *n. ultim.* Flamin. *d. q.* 1. *n.* 84. Ugolin. *d.* §. 2. *n* 3. *verſ. tertiò*, Caputaquenſ. *deciſ.* 303. & 304 & 400. *p.* 2. Gonzal. *d. n.* 53. Camill. Borrell. *d. tit.* 21. *n.* 85. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 296 *n.* 78. *in fine*, Alzed. *d. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 86. ubi tenet, quod diſpenſatus ad beneficia cum Epiſcopatu retinenda, non retinet eadem beneficia ſi ad alium Epiſcopatum transferatur, niſi iterum Papa diſpenſet. Et dicit Aloyſ. Ricc. *dict. collect.* 866. *ſub ampl.* 1. *verſ. amplia etiam*, quod data retentione beneficiorum, non comprehenditur facultas transferendi penſiones, Et † data beneficiorum retentione, ſi hujuſmodi Epiſ- 70
copi, quibus conceſſa fuit, Epiſcopatus permutent, poſtea non vacant eadem beneficia, Anaſt. Germon. *dict.* § *ſi verò, n.* 36. quem refert Ioan. à Coch. *ubi proximè.*

Amplia, ut per promotionem ad Epiſcopatum 71
modo ſuprà relato, vacent etiam beneficia ſimplicia, Flamin. *dicta q.* 1. *num.* 76. Simonet. *tit. de reſerv. q* 27. *in fine*, Mandoſ. *hic q.* 15. *n.* 7. Rot. *in Conchen. beneficii*, 10. *Iunii* 1624. coram *Illuſt Patriarcha Mãzanedo.* Nic. Garc. *d. c.* 6. *n.* 6. Et Præceptoriæ Militiæ, 72
& Ordinis S. Ioannis Hieroſolimitani, ut declaravit Gregor. XIII. *conſt.* 82. incip. *controverſia, de anno* 1583 *in Bullar. novo tom.* 2. *pag.* 466. † Et penſiones, 73
Anaſt. Germon *d* § *ſi verò, n.* 20. & 39. Ferret. *conſ.* 53. *n.* 4. Flamin. *d. q.* 1. *n.* 8. & 78. *lib.* 9. *q.* 2. *num.* 121. Nicol. Garcia *part.* 1. *cap.* 5. *numero* 10. & *ſequent.* Stephan. Gratian. *ubi proximè*, ac etiam facultas amittitur illas transferendi, ut ex Beſignet. *deciſ.* 3. *de præbend.* colligit Aloyſ. Ricc. *dicta ampliat.* 1. niſi expreſſa ſit conceſſa retentio, Verall. *deciſ.* 303. *num.* 1. & 2. *part.* 1. Valenz. qui alios refert *conſ.* 51. *num.* 19. Rot. *in Carthaginenſi tranſlationis*, 19. *Iunii*, 1606. coram *Manzanedo*, apud Marcheſan. *de commiſſionib. p.* 1. § 2. *pag.* 637. ubi dicitur quod facultas retinendi penſionem conceſſa promoto ad Epiſcopatum, non intelligitur cum facultate transferendi, quæ ante promotionem competebat, niſi fuerit expreſſa, eo quod facultas transferēdi eſt odioſa, ideò ſpecialiter exprimenda. Et penſionem vacare per tráſlationem Epiſcopi ad aliam Eccleſiam, ſi non detur, retentio, quæ probari debet, cenſuit Rot. *in Veglien. penſionis*, 16. *Iauarii* 1670. coram *Card. Seraph.* impreſſa per Marcheſ. *d. p.* 1. §. 1. *pag.* 638. & reperitur etiã inter ejus impreſſiones *deciſ.* 91 Sed ſi ſpectemus Ius commune, neceſſe eſt, ut dicamus penſionem illo attento extingui per aſſumptionem penſionarii ad Epiſcopatum, quicquid dicant Ferret. & alii ſuprà citati, & diſtinguant Gig. *de penſion. q.* 56. moventur enim falſa imagine, dum æquiparant penſiones cum beneficiis ſimplicibus, de quibus tantùm loquitur text. *in cap. cùm in cunctis, de elect.* quam hallucinationem multi in hoc puncto agnoverunt, & damnaverunt

totum

totum ergo referendum est ad stylum Curiæ, ut adtit Rot. *decis.* 233.*n.*1.*p.*1.*divers.*ex quadam Extravag.Iulii, quam *an.*1570.Leo X.expressiùs innovavit, decernendo pensionem hujusmodi extingui,nisi in ipsamet cedula consistoriali fuerit dispensatum. Unde cessante hoc Iure singulari, nulla de jure communi est incompatibilitas inter Episcopatum, & pensiones, quod etiam notavit Rot. *decis.*454.*n.*6. *p.*1. *divers.*& apud. Marches. *d. commiss.p.* 2. *pag.*589.Valenz.*d.cons.*51.*n.*41.

Sed quæro,an in concedendo retentione pensionis accedere debeat consensus titularis,aut sit exprimenda qualitas quod sit reservata super beneficio jurispatronatus,accedente patroni consensu, vel quod consisteret in distributionibus quotidianis? In quo dubio sic distinguendum est, aut retentio concessa est eodem contextu cum promotione ad Episcopatum, vel post promotionem? in primo casu est advertendum, quod cum illa retentio non faciat novam gratiam,sed tantum removeat obstaculum, quod impedit quominus pensionarius possit donec vivat retinere pensionem, & ista remotio obstaculi ante extinctionem non afferat præjudicium titulari, qui non habet jus nisi extincta pensione,Lambert.*de jurepatr.*3.*p.*1.*lib.q.* 9. *art.* 19. *circa fin.pag* 372. Staphil. *de litteris gratia. & justit. tit.de modo & forma imp.vers.*4. *& ult. pro nunc*, ac proinde gratia non sit nova,neque præjudicialis titulari,sequitur subjectionem non sequi ex eo quod non fiat mentio de illo,quod super distributionibus quotidianis sit reservata pensio, vel non accedat tunc,sicut in prima reservatione, patroni consensus; secus autem erit in secundo casu. Ita eleganter Rota *in Firmana pensionis*,2.*Iunii* 1593.coram *bonæ mem.Cardin.Millino*,impressa per Marchesan.*de commiss.p.*2.*pag.*498. *in ult. impress.* ubi ait sufficere ad hoc ut dicatur concessa retentio eodem contextu cum promotione ad Episcopatum,si ante adeptionem possessionis, consecrationem,& lapsum trium mensium,& sic ante extractionem pensionis fuerit concessa, quia eo casu non potest impugnari uti subreptitia, neque erat necessaria derogatio regulæ de non tollendo jure quæsito. Additque eadem Rota, quod licèt retentionem Prioratus,de quo ibi,concessam post promotionem, non facta mentione de jurepatronatus laicalis, subreptitiã ex stimaverint olim major pars Dominorum de Rota ut refert Ægid. *decis.* 752. tamen ipse tenuit contrarium,& ejusdem opinionis fuit Collector *decisionum decis.*2. *de præben. in novis*, quæ est in eodem casu. Utrùm autem per assumptionem Cardinalis pensionarii ad summum Pontificatum, extinguatur pensio? Affirmativè respondet Gabr. *cons.*200 *lib.*2.

Quæro deinde Prælatus Regularis, qui in Episcopum eligitur,desinat esse talis Prælatus? A die acceptationis vacare Prælaturam existimarunt Fr.Emman. *in sum.tom.*4.*cap.*67. *n.*33.Alzed.*de præcellent.Episcop. dignit.part.* 1. *cap.*3.*n.* 40. Verùm Villalob. *in sum p.*2.*tract.*35.*diffic.*41.*n.*4.tenet quod Prælatura vacat statim post confirmationem.Sed melius P. de Peirinis *in formul.Reg.lit. C. cap.*6 *n.*5. tenet quod non vacat,nisi post consecrationem,per *d.c. cùm in cunctis* §.*cùm verò*,& addit quod tunc electio pertinet ad illos electores,ad quos pertinuisset si esset mortuus(nisi alium per Summum Pont.provideatur,)qui quandoq; concedit,ut generalis Prælatus in Episcopum consecratus possit continuare in officio Generalatûs usque ad Capitulum Generale,sic concessit Lusitano nostro R.Fr. Bernardino de Sena totius Ordinis Minorum Generali in Episcopum Visensem consecrato, & Fr. Francisc.de Mayda Minimorum Generali,& in Episcopum consecrato. Statim enim ac aliquis Religiosus est in Episcopum creatus, vel confirmatus à Papa, & consecratus,potest cella privari,& à Conventu dimitti,quia non potest amplius frui Religionis privilegiis, Fr.Emman. *quæst.Regul. tom.*2. *quæst.*58. *art.*4. *& in sum.tom.*4 *c.*68.*n.*10. Sanch. *dict.c.*6.*n.*32. *&* 33.P. de Peirinis *in constit.sui Ordinis,tom.*1.*constit.*4.*Sixti IV.num.*44.

Limita in promoto ad Episcopatum in terris infidelium existentem,seu titularem,cum per eum non stet assequi illius possessionem,Anastas.Germon.*d* § *si verò,n.*26.Navar. *cons.*14.*de elect.n.*3.Ioan. à Cochier. *ubi proximè*,Flam.*d.q.*1.*n* 9.*&* 89.Azor. *d.c.*16.*q.*12. Nic.Garc.*d.p.*11.*c.*6.*n.*24. Ugol.*d.p.*1.*c.*1.§.2. *num.*4. me citato *in hoc loco*,Alzed.*d.p.*1.*c.*3.*n.*82. ubi *n.*83. subdit quod beneficia Episcopi, qui non recipitur à populo, nec percipere potest fructus, non vacant, per *c.si tibi concesso*,& *ibi* gloss. *verb. vacare, de præbend.* † Nam licèt collario dignitatum,vel beneficiorum facta Episcopo non valeat,nisi ex dispensatione Papæ, vel justa causa,*c cùm nostris,de concess.præben.*ubi Abb. *n.*4.7.*&* 15.Less. *de Iustitia, lib.*2.*c.*34.*n.*139. Nicol. Garcia *d.c.*6.*n.*44.† Episcopo tamen titulari, vel qui renunciavit Episcopatui,collatio præsertim de beneficiis simplicibus facta valebit, Navar. *cons.*14. *&* 15. *de elect.*Nicol.Garc. *d.c.*6.*n.*45.Sed quid si quis promotus sit cum retentione beneficiorum,& deinde moriatur in partibus,an beneficia illa censeantur reservata ut de iis solus Papa possit disponere,& esse reservata scribit Simonet. *tr. de reservat. benefic. q.*27. *n.*5. quia cùm ad certum tempus promotionis se non restringant,generaliter debent intelligi pro quocumque tempore sint vacatura, me citato *in hoc loco*, Alzed.*d. p.*1.*c.*3. *n.* 85.

In Hispania ex antiquissima consuetudine, & usu introductum est, quod promotus ad Episcopatum jurispatron.Regii renuntiet beneficia, quæ ante promotionem obtinebat in favorem personæ à Catholico Rege assignatæ, & huic, & non alteri Pontifex confert. Ita Hieron.Venero à Layva *in exam.Episc. lib.*4. *c.*4. *n.*15. Alzed, *d.p.*1.*c.*3.*n.* 80.

Item, *in eadem Extravag.Ad regimen,& in Extravag. ex debito,*§.*hujusmodi,de elect.*reservantur Beneficia vacantia, & vacatura per assecutionem pacificam quorumcumque Prioratuum, Dignitatum, Personatuum, Officiorum Canonicatuum,Præbendarum, & aliorum beneficiorum auctoritate Apostolica provisorum, seu providendorum,me citato *in hoc loco*,Castr. Palao *d.puncto* 17.*vers.sextò*.Simonet.*de reservat. q.* 26.*n.*1.ubi *n.*5.bene declarat procedere non solùm in vacatione, quæ provenit ex decreto Papæ, sed etiam ex dispositione juris,quamvis tale decretum non adsit & fuit dictum *in una Segobiensi Canonicatus*,24. *Novembris* 1588.coram *D.Plato*. Hodie verò in gratia facta de aliquo beneficio habente aliud incompatibile seu jus ad illud,apponitur decretum, *quod ipse orator infra duos menses à die habitæ possessionis secundi, seu qua per eum steterit quominus illam assequatur, primum dimittere,seu juri competenti cedere in manibus Romani Pontificis tantùm liberè,cum specifica mentione præsentis decreti omninò teneatur, alioquin ambo vacent eo ipso,itaut de illis per Sedem Apostolicam duntaxat disponi possit,ac irritum,&c.*

Per quam clausulam apertè constat hujusmodi dimissionem puram,& simplicem debere fieri,& illum, cui illa posita est,sive post habitam possessionem secundi,sive ante, nòn posse resignare primum coram D.Papa conditionaliter, seu causâ permutationis, non facta mentione dictæ clausulæ, nec etiam coram ordinario simpliciter, vel causâ permutationis; aliàs elapso termino duorum mensium,vacabit utrumque ad dispositionem solius Papæ ex dicto decreto, cui non paruit. Adde quod dicto decreto de dimittendo in manibus Sanctissimi satisfit per æquipollens, ut fuit resolutum *in una Compostel. Canonicatus*, 10. *Maii,ann.*1600.coram Illust.*Card.Lancell.*ubi propterea fuit decisum, quod dimissio facta in manibus

Notarii Cameræ Apostolicæ in executionem dicti decreti sufficiebat,quia omnis fraus cessabat,refert Gonzal *ad regul.8.Cancell. gloss.15. n. 119.* me citato *in hoc loco,* Castr. Palao *dict. punct. 17. vers. sextò, in fine.*

79 *Secunda* pars hujus Regulæ innovat reservationes, quæ continentur *in Const.*Ioannis Papæ XXII.quæ incipit,*Execrabilis*, & habetur inter Extravagantes prædicti Summi Pontificis *sub tit.de præbend.cap.1.*& iterum inter Extravag. communes *sub eodem tit. c.4.* quâ reservantur Beneficia vacantia per execrabilitatem, nempe quando quis assequutus fuit secundum beneficium incompatibile cum primo, quia non solùm vacat primum, & est reservatum Sedi Apostolicæ, si ab eadem Sede secundum beneficium obtinuit,sed etiamsi statim primum non dimittit, sed de facto illud cum secundo habere prætendat, vacat similiter secundum,& sic utrumque, & eorum provisio remanet Sedi Apostolicæ reservata.Gonzal.*d.gloss.51. n.38.* me citato *in hoc loco,*Castr. Palao *d.punct.17. vers. septimò.*

80 *Tertia* pars hujus Regulæ reservat beneficia, de quibus Ordinarii, & alii collatores contra Concil. Trident. decreta disposuerint, & disponent in futurum, Gonzal,*d.gloss.51.n.48.*Filliuc.*tract. 41. de benefic. cap.3. n.30.* Castro Palao *d. disp.2. puncto 17. vers. octavò.* Veluti si conferat aliquod beneficium Curatum ei, qui vigesimumquintum suæ ætatis annum non attigerit, quod est contra decretum Concil. Trident.*sess.7.de reform. c.3.* Vel si conferat Dignitates, Personatus, Officia, Præbendas, Portiones,aut quælibet alia beneficia, quibus onera varia sunt annexa, videlicet ut alii Missas, alii Evangelium, alii Epistolas dicant, seu cantent, iis qui ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoscantur, quod est contra decretum Concilii *cap. 4. sess.22. de reform.* Vel conferat beneficium aliquod, etiam simplex, alicui qui saltem prima Tonsura initiatus,& in decimoquarto suæ ætatis anno constitutus non sit, quod est contra decretum Concilii *sess.23.de reform.c.6.*Vel si conferat Officia, vel Dignitates, quæ scholastriæ dicuntur, iis qui non sint Doctores, vel Magistri, aut Licentiati in sacra Pagina,aut in jure Canonico, quod est contra decretum Concilii *sess.23. de refor,c.18. vers. de cætero.* Vel si conferat aliquam ex Dignitatibus, quibus animarum cura subest, ei qui saltem vigesimumquintum suæ ætatis annum non attigerit, & in clericali ordine versatur,doctrinam ad suum munus exequendum necessariam non habuerit,aut si conferat Archidiaconatum ei, qui Magister in Theologia, seu Doctor, aut Licentiatus in Iure Canonico non sit, aut conferat Dignitatem, Canonicatum, aut portionem ei qui eo Ordine Sacro non sit initiatus, quem illa Dignitas,Præbenda,aut Portio requirit, aut in tali ætate constitutus,ut infrà annum initiari non valeat,quod est contra decretum Concil.Trident.*sess.24.de reform. c.12.*Vel si præbendam Pœnitentiariæ conferat alicui,qui Magister non sit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia,vel jure Canonico, & annorum quadraginta,quod est contra Decretum Concilii *sess. 24. de reform. c.8.* Vel si conferat beneficia filiis clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, consistentia in Ecclesiis, ubi eorum patres Beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quod est contra Decretum Concilii *sess. 25. de reformat. c.15.* De his quoad propositum Lotter. *de re benef. lib.2.q.31 à princ.*

REGULA II.

Extensio reservationis beneficiorum per assecutionem pacificam vacaturorum.

I*Tem de beneficiis Ecclesiasticis, præsertim curam animarum habentibus, seu aliàs personalem residentiam requirentibus,dum pro tempore vacant, Apostolica auctoritate provisi,seu providendi ante illorum assequutionem alia cum eisdem incompatibilia beneficia Ecclesiastica per eos tunc obtenta in fraudem reservationis suæ resignent,seu dimittant, voluit, decrevit, & declaravit, quòd si in posterum quibusvis personis de aliquibus beneficiis Ecclesiasticis tunc vacantibus, seu vacaturis,per Sanctitatem suam, aut ejus auctoritate provideri,ipsosque provisos,seu providendos intra vacationis,& provisionis,seu assecutionis eorumdem beneficiorum tempora, quacunque alia cum illis incompatibilia beneficia Ecclesiastica, sæcularia, vel quorumvis Ordinum,ac etiam Hospitalium regularia,per eos tunc obtenta,nulla speciali,& expressa de eisdem in provisionibus prædictis facta mentione,simpliciter, vel causâ permutationis,aut aliàs quomodolibet, sive in Sanctitatis suæ,vel alterius Rom.Pont. pro tempore existentis,aut Legatorum,vel nuntiorum dictæ Sedis, sive Ordinariorum, vel aliorum Collatorum quorumcumque manibus resignare,seu dimittere,aut juribus sibi in illis vel ad illa competentibus cedere contigerit, omnes & singulæ concessiones, collationes, provisiones, & quævis aliæ dispositiones de beneficiis, seu juribus sic resignandis,& dimittendis, & cedendis pro tempore faciendæ, cum inde secutis quibuscumque cassæ,& irritæ, nulliusque roboris, vel momenti existant,nec quiquam suffragentur: sed beneficia,& jura, ut præfertur, resignata, dimissa,& cessa eo ipso vacent,& vacare,ac sub reservatione prædicta quam Sanctitas sua, etiam quoad hoc extendit,& ampliavit, comprehensa censeantur. Ita quod de illis per alium quàm eandem Sanctitatem suam vel pro tempore existentem Romanum Pontif. nullatenus disponi possit in omnibus, & per omnia, perinde ac si per pacificam assecutionem beneficiorum aliorum hujusmodi verè & realiter vacavissent. Decernens irritum,&c.attentari, &c.* 81

Hæc Regula est de novo addita à S. D. N. Gregorio XV.non tamen de novo facta, nam Illustrissimus Dominus meus D Cardinalis Tontus omnium litterarum scientiâ valde eruditus,& Juris utriusque consultissimus, dum S.D.Pauli V. felicis recordat. Datarius extitisset,prætextu evitandi hominum malitias, exemplo cujusdam, quem nostri bene norunt, obtinuit ab eodem S.D.Paulo V.reservationem beneficiorum per assecutionem pacificam vacaturorum extendi etiam ad vacatura ante assequutionem resignata,seu dimissa, ut in sequenti Constitutione. 82

Declaratio reservationis beneficiorum per assecutionem pacificam vacaturorum.

S*Anctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Paulus divina providentia Papa V. in crastinum ejus assumptionis ad summi Apostolatus apicem vestigiis felicis recordationis Benedicti XII. & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum suorum inhærendo,omnia, & singula beneficia Ecclesiastica per pacificam assequutionem quorumcumque aliorum, & per Sanctitatem suam, seu ejus auctoritate conferendorum beneficiorum Ecclesiasticorum, ex tunc vacatura, ordinationi,& dispositioni suæ cum Decreto irritante desuper apposito, inter alia duxit reservanda, & quia ex fide dignorum relatione innotuit, quod plerique de beneficiis Eccles.præsertim curam animarum habentibus, seu aliàs personalem residentiam requirentibus, dum pro tempore vacant, Apostolica auctoritate provisi* 83

visi, seu providendi, ante illorum assecutionem alia cum eisdem incompatibilia beneficia Ecclesiast. per eos tunc obtenta, in fraudem reservationis, & Decreti prædictorum resignabant, seu dimittebant, cupiens opportunum super his remedium adhibere, voluit, decrevit, & declaravit, quod si in posterum quibusvis personis de aliquibus beneficiis Ecclesiast. tunc vacantibus, seu vacaturis per Sanctitatem suam, aut ejus auctoritate provideri, ipsosque provisos, seu providendos intra vacationis, & provisionis, seu assecutionis eorundem beneficiorum tempora quæcumque alia cum illis incompatibilia benefic, Ecclesiast. sæcularia, vel quorumvis Ordinum, etiam Hospitalium regularia, per eos tunc obtenta, nulla speciali, & expressa de eisdem in provisionibus prædictis facta mentione, simpliciter, vel causâ permutationis, ac aliàs quomodolibet, sive in Sanctitatis suæ, vel alterius Rom. Pont. pro tempore existentis, aut Legatorum vel Nuntiorum dictæ Sedis, sive Ordinariorum, vel aliorum collatorum quorumcumque manibus resignare, seu dimittere, aut juribus sibi in illis vel ad illa competentibus cedere contigerit, omnes & singulæ conceſſ. collationes, provisiones, & quævis aliæ dispositiones de benef. seu juribus sic resignandis, dimittendis, & cedendis, pro tempore faciendæ, cum inde secutis quibuscũque, cassæ, & irritæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, nec cuiquam suffragentur, sed benef. & jura, ut præfertur, resignata dimissa, & cessa, ipso jure vacent, & vacare, ac sub reservatione, & priori decreto præfatis, quæ Sanctitas sua, etiam quoad hoc extendit & ampliavit, comprehensa censeantur. Ita quod illis per alium, quàm eandem Sanctitatem suam, vel pro tempore existentem Rom. Pont. nullatenus disponi possit in omnibus, & per omnia, perinde ac si per pacific. assecutionem aliorum benefic. hujusmodi verè, & realiter vacavissent. Decernens sic per quoscumque judices, etiam causarum Palatii Apost. Auditores, ac S.R.E. Cardinales, dictæque Sedis Legatos & Nuntios, Sublata, &c. judicari, & definiri debere: irritúmque, &c. attentari Placet, publicetur, & describatur. C. lecta, & publicata fuit supradicta regula Romana in Cancellaria Apost. anno Incarn. Dominicæ 1609. die verò Iovis 25. mensis Februarii, Pontificatus prædicti Sanctissimi Domini nostri Papæ anno 5.

M. Perettus Custos.

Est *in Bullario novo Constit.* 62. aliàs 40. *tom.* 3 *pag.* 250.

Hæc constitutio fraudem, & illius commentum colligit ab eventu, si contingat resignantem de secundo provideri, *l. si servus plurium, §. ult. ff. de leg.* 1. cum similibus; sat enim est quod id potuerit opinari, quæ ipso jure sunt reservata, etiamsi electus ea dimiserit ante acceptationem, si scivit electionem, Simon. *d. q.* 26. *n.* 5. *verſ. & propterea*, Anton. August. *in epitome sub reg.* 1. *n.* 5. *verſ. Extravag. ad regimen*, Cassad. *dec.* 1. *de const.* & ita fuit responsum *in una Conchensi Parochialis*, 9. *Februar.* 1615. coram *Ubaldo sen.* ubi etiam tentum fuit, provisionem factam alteri ex causa resignationis hujusmodi, non posse servire pro titulo colorato, stante decreto irritanti, refert Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 27. *à n.* 36.

REGULA III.

Reservatio Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac de tempore vacationis Episcopatuum vacaturorum beneficiorum.

84 *Item reservavit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, Episcopales, necnon omnia Monasteria virorum, valorem annuum ducentorum florenorum auri communi æstimationem excedentia, nunc quandocumque vacantia, & in posterum vacatura. Et voluit quod excessus hujusmodi in litteris exprimatur. Ac etiam reservavit dignitates, & beneficia omnia ad collationem, præsentationem, electionem, & quamcumque aliam dispositionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, & aliorum quorumcunque collatorum, & collatricum, sæcularium, & Regularium, quomodolibet (non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertinentia) quæ post illorum obitum, aut Ecclesiarum, seu monasteriorum, vel aliarum dignitatum suarum dimissionem, seu amissionem, vel privationem, seu translationem, vel aliàs quomodocumque vacaverint usque ad provisionem successorum ad easdem Ecclesias, aut Monasteria, vel dignitates Apost. auctoritate faciendam, & adeptam ab eisdem successoribus pacificam illorum possessionem, quomodocumque vacaverint, & vacabunt in futurum.*

Hujus reg. prout jacet, auctor fuit Sixtus V. & eam retinuerunt, seu innovarunt alii Pontifices successores ut memorat Nicol Garc. *de benefic. p.* 5. *c.* 1. *n.* 228. qui pergit eam declarare, quod etiam exequitur Ioan. à Cochier. *in comment. ad eandem reg. ex n.* 17. ubi quod ea non obtinet ubi vigent concordata, Lotter. *de benefic. lib.* 2. *q.* 34.

Prima pars hujus Regulæ reservat Ecclesias Pa- 85
triarchales, quæ etiam Primatiales appellantur, *c.* 1. *ad med.* 99. *dist.* Item Ecclesias Archiepiscopales, & Episcopales quarum omnium electio de Iure communi ad Capitulum, & Canonicos spectabat, *cap. cum Ecclesia Sutrina* 3. *de causa posseſſ.* ea scilicet ratione, ut tolerentur sic discordiæ magnæ, quæ quotidie oriebantur in electionibus à Capitulo, & Canonicis fa-
ctis, ut advertit Lancellot. *in suis inst. Canon. tit. qui* 86
eligere, eligive possunt, in princip. verb. hodie, † non derogat juripatronatus Regio, etiam ex privilegio, vel consuetudine competat, Covar. *practic. c.* 36. *num.* 2. *& num.* 6. *verſ. secundum*, Palat. *de benef. in Curia vacant.* §. 11 & plures alii, quos refert, & sequitur Nicol. Garcia *de cap.* 1. *num.* 219. quibus adde Gonzal. *ad reg. Cancel. gloſſ.* 24 *à nu.* 152. *& gloſſ.* 51. *n* 49. Cabed. *tract. de patronatibus Regiæ Coronæ, cap.* 10. *n.* 3. *& c.* 35. *num.* 7. & multos relatos per Cened. *ad Decretal. collect.* 79. *n.* 2. me citato *in hoc loco*, Castro Palao *in opere*
moral. tract. 13. *disp.* 2. *punct.* 18. *n.* 2. *tom.* 2. † Nam 87
juspatronatus ad aliquem Regem, vel Principem pertinens non censetur derogatum, nisi specialis de illo mentio fiat. Marta *Pis. dec.* 193. Aloys. Ricc. *in col. dec.*
p. 3. *coll.* 494. † Recepta ideò est totius Lusitaniæ, His- 88
paniæ, & Galliæ consuetudo, secundum quam à Regibus nominatio fit Episcoporum ex jurepatronatus sibi competens, ad quod faciunt text. *in c. cùm longè*, ibi, *quoscunque Regalis potestas elegerit*, 63. *dist. & in c. quod sicut* 28. ibi, *debet Princ præsentari, de elect.* Et de jurepatronatus nostræ Lusitaniæ agit Cabed. *de patr. Regiæ Coronæ, c.* 37. *per totum.* Et de jurepatronatus Hispaniæ tractant *l.* 18. *tit.* 5 *p.* 1. ubi Greg. Lop. & Humada *ad eum, & l.* 3 *tit.* 3. *& l.* 2 *tit.* 6. *& l.* 1. *Ordin.* ubi Did. Perez, *& l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *nova recop.* ubi Azeved. Palat. *de benef. in Curia vacantib. à* § 8. Covar. *in reg. possessor. p.* 2. §. 10. *à n.* 5. Spin. *in speculo testam. gloſſ.* 4. *n.* 13. Gutier. *pract. l.* 3. *q.* 13. *n.* 72. Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *c.* 19. *n.* 215. Camil. Borrell. *de Regis Catholici præstantia, c.* 50. *per totum* Menoch. *illust. c.* 22. *n.* 14. *& sequentib.* plures refert Cened. *ad Decretum collect.* 51. *n.* 3. ex ea ratione, quia Lusitaniæ, & Hispaniæ Reges ex privilegio Romani Pontif. ad Cathedrales Ecclesias Episcopos nominant: tum quia cõstat eos Regna, & Ecclesias à Maurorum faucibus, & potestate eruisse, ut meminit *gloſſ pen. in c. Adrianus*, *in* 2. 63. *distinct.* tum quia Ecclesias ipsas maxima ex parte erexerunt, & amplissimis redditibus exornarunt, ut latissimè prosequuntur Thom. Bozius *de*